

0cm

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
1

CIMIERE
RÉSP

HO^RAT

5.5.2

CIMMERIEN

Résp



TON 20. L'voyage a addressee une ode
... de crame & son flacon p. 72 a sa livre p. 30
mes odes chevies Livre. 1.
Sur les dyentes occupations des homs Ode 1.
Sur le voyage de Virgile par mer. Ode 2.
Sur la douleur de la vie. Ode 3.
Sur l'innocence de la vie. Ode 4.
Sur l'amoyt de son ami. Ode 5.
Sur un petit disney qu'il doroit. 20 et p. 18
Sur une querelle arrivée dans un repas. 19
Sur les bons et mauvais effets du vin. 20
Sur la nécessité de la mort. Sepulture 21
belles demandes a Dieu d'une vieillesse 22
Repentir sur son irreligion. 23
voeux sur l'expédition d'Auguste. 24
joie sur le retour de son ami. 25
joie sur la victoire d'Auguste. 26
son aversion des magnifiques appareils. 27
Livre. 11. contre l'avarice pour la liberalité. 28
Sur légalité d'Aene et le repos. Ode 29.

Resp. 51.592^{8.}

EX LIBRIS CHARANTE



mer. nauigation et crimes p. 9. et 10. p. 12. u. 13.

bonnes p. 17. 26.

vin. vendange vaisseau x p. 14. u. 23.

tous les habiles conviennent que le chef d'oeuvre
des satires d'Horace est la 3^e du 2^e livre pag. 151.
la Saty. VI. p. 165. et l'abre au m^e p. 1213.



QVINTI
HORATII
FLACCI
POËMATA,
Scholii sive Annotationibus instar
Commentarii
illustrati, à
IOANNE BOND.
Editio Nova.

caractères des différentes éditions p. 15. u. o. 2.

AMSTELODAMI,
Apud Daniëlem Elzevirium. 1676
pour l'hiver p. 14.
Le printemps p. 10
L'este
L'automne

sujets de Morale

colere de Dieu. p. 10. 23 &c

Blestins. p. 17. 19. 19.

gouvernement du monde si au gre des fous. p. 117. 1. 15 &c

inconstance des semblabes.

lendemain. p. 15. 62. XI.

mort. p. 117. p. 10. 16



repos. p. 117. 0. 30 & p. 18. 19.

richesses de l'esprit p. 7. 29.



ILLUSTRISSIMO
D. HENRICO,
MAGNÆ BRITANNIÆ
PRINCIPI.

Duæ sunt Artes (Princeps illustrissime) in quibus Reges præcipue versati, studiumque ponere aut solent aut debent: altera militaris, civilis altera. Eo nimirum, ut per illam populum rebellem coercere, hostilemque injuriam propulsare possint: per hanc vero, ut se & suos cives bonis moribus exornare, atque optimis legibus institutisque regere & temperare valeant. Quarum utra sit præstantior, si quis in dubium vocabit, facile profecto est judicare, quod hæc, per quam civitates, regna & res publicæ, otio, opibus & virtute florent, multis nominibus sit illi anteponenda. Ad arma enim raro & non nisi necessario leges confugiunt, tum scilicet quando per vim & ferrum, non per rationem & orationem coguntur jus suum defendere aut obtinere: idque duntaxat in eum finem, ut injuria ferro repulsa, simul & jure suo armis recuperato, tandem aliquando otio fruantur & pace. Atqui in republica administranda, quo cunque se reges vertunt, pios se & providos, sapientes & justos, communis salutis amantes & valde studiosos præbere oportet. Quod qui faciunt, subditos (quibus præsunt) fortunæ bonis locupletes & copiosos, viribus corporis valentes & robustos, &c (quod caput est) egregiis animi virtutibus ornatos reddunt & instructos. Itaque antiquissimi illi Poëtæ, non aliam ob causam *Palladem* finixerunt armatam, quam, ut significarent, in regibus bellicam virtutem cum sapientia conjunctam esse oportere. Qua ratione adducti prisci Heroës, in disciplinam doctorum hominum filios suos studiose tradiderunt. *Alexandrum* magnum docuit *Aristoteles*, *Timotheum* *Cononis* optimi Imperatoris filium *Isoocrates*, *Epaminondam* *Lysias* Pythagoreus: atque, ut veteres præteream, tu Princeps illustrissime (qua Patris tui summa est prudentia, & amor in te singularis) habes, qui tibi optimarum artium & literarum viam præeant, *Chalonensem*, *Neotonum*, atque alios, omnes certe viros imprimis eruditos, qui consilio, eloquentia, omnique scientiarum genere animum tuum adhuc tenerum informare & perpolire possunt.

E P I S T O L A

Jam vero in iis Authoribus qui sapientiae laudibus clarent, qui que ad vitam bene & sapienter instituendam multum adjumenti videntur afferre, Poëtae non postremum locum sibi vendicant: siquidem à vitio & turpitudine animos avocant, ad virtutem autem & honestatem excitant & acuunt, mores malos & corruptos emendant, paucis tantum exceptis, qui nihil praeter voluptatem lectoris querunt. Quapropter Reges maxi-
mi singulari beneyolentia Poëtas semper sunt complexi. Nam *Hiero Simonidem, Cato Ennium, Cæsar Augustus Virgilium, Varium*, & hunc (quem tibi nunc offerimus) *Quintum Horatium Flaccum* in summo pretio habuit plurimique fecit: hunc, inquam, non unum de multis, sed Poëtam (audeo dicere) omnibus numeris absolutum: Poëtam multiplici rerum copia refertum, verborum elegantia perpolitum, Poëtam denique alicum, & Principe Christiano maxime dignum. Hinc est, quod Divus *Augustinus* in primis jubet legendum esse hunc Poëtam: quippe qui non modo justitiam, invictam animi magnitudinem, parsimoniam, continentiam, religionem in Deum, pietatem in parentes, patientiam paupertatis, & contemptionem rerum humanarum summis laudibus prosequatur: sed contra perfidiam, in justitiam, metum, prodigalitatem, libidinem, luxuriam, avaritiam, atque omnia fere vitia acerbe carpat, vituperet, exagit. Dies me deficiat, si sapientiam hujus Poëtae in rebus ipsis inveniendis, si mirificum ejus artificium in singulis disponendis, si verborum vim atque notiones ad res ipsas exprimendas, ceteraque ejus virtutes Poëticas velim aperire. Quid multis *Horatius* sine controversia omnibus Poëtis & Græcis & Latinis (*Homerum* semper excipio) est merito anteponendus, in quo sic suavitas cum utilitate contendit, ut lectorum suis illecebris semel captum semper teneat irretitum, nec dimittat unquam. Hinc igitur (Princeps illustrissime) Tibi saepius legendum non dubito quin illi censeant, qui tibi libros quasi prægustant: ex quo tanquam ex amoenissimo & amplissimo fonte non solum multa officia ad Principis vitam præstantia: verum etiam quid deceat quodvis genus hominum, quid deceat quemvis ordinem, quidque eruditat quamvis ætatem, sexum & conditionem, haurire licebit. Adde, si placet, quod Philosophorum nullus distinetius edocuerit, quo pacto cum civibus & domesticis, quo modo cum advenis & peregrinis, porro qua ratione cum universis & singulis sit agendum vivendumque. Haec omnia (Princeps illustrissime) quum *Horatius* tuae Celsitudini & adferat & offerat, non potui (post Patrem tuum) Patronum mihi diligere Te dignorem aut magis idoneum, cui hos meos (qualescumque sunt)

DEDICATORIA.

funt) consecrarem labores. Qui si te in bonarum artium studiis jam optime progredientem quovis modo juvare aut promovere queant, tum certe id habeo quod optem, & (ut Poëtæ verbis utar) *Sublimi feriam sidera vertice*. Deinde gratias agam Deo immortales, quatenus ego homo humilis loci, aliquid facerem, quod Tibi & Reipublicæ usui esse possit, præsertim in eo, quod Te quasi vivam reddat imaginem Patris tui, Regis potentissimi & literatissimi. Illum enim omnes nos sui subditi (ut pro reliquis etiam ipse loquar) non solum propter pietatem, iustitiam, clementiam, munificentiam, atque alios suavissimos mores, veneramur & amamus: sed etiam propter incredibilem cuim in sacris tum in humanis literis scientiam admiramur & suspicimus. O filium terque quaterque beatum, cui talis Pater contigit, qui liberis suis egregium & conspicuum omnium virtutum exemplar abunde superque esse possit! Hunc igitur, quod facis, toto animo & tota mente amplectere, hunc cole, hunc observa, hujus heroicas & divinas virtutes imitare & penitus exprime: & quo melius hoc præstes, da operam ut in literis & libris patrem tuum si non superare, at saltem æquare valeas. Qua in re, quamvis alio minime egeas exemplo quam Patre tuo, quem tibi ad imitandum proponas: tamen quum sis Regia stirpe utrinque progenitus, cur non Avunculum etiam tuum inspicias *Christianum*, *Danorum Regem inclytum*? qui quidem ut Rex est voce suavis, vultu amabilis, gestu & statura corporis admodum decorus atque procerus; sic certe pietate, prudentia, fortitudine atque aliis virtutibus & salutaribus artium maximarum disciplinis ad regna sua moderanda est optimè instructus & eruditus. Cujus præsentia, nunc in Anglia paucos dies cum sorore sua Regina serenissima & charissimis nepotibus hilariter transigentis, non possum tacere quantopere gaudeant nostrates, cum aliis de causis, tum maxime, quod hinc omnes & domi & foris plane videant duos Reges terra marique potentissimos, arctissimo religionis, affinitatis & amicitiae vinculo, quasi clavis trahalibus, coniunctos esse & copulatos: quorum diu vivat & valeat uterque, hominibus gratus, dilectus Deo; qui tuam ætatem simul & Celsitudinem, quam diutissime augeat & conservet incolumem.

C E L S I T U D I N I T U A E

omni officio devictissimus

I O. B O N D.

B E N E V O L O L E C T O R I .

Quam iurventis erudienda munus sustinerem (quod saxum volvi
viginti annos & amplius) mihi semper in more positum fuit (candide Lector) Annotationes quasdam, seu scholia si sic magis appellarè placeat) discipulis meis tradere, in eum finem, ut scriptis commissa
qua verbo protuleram, altiores in eorum animis radices agerent atque fir-
mius inhærent. Hinc factum est, ut amicorum aliquot, cum hæc scholia
in Horatium, nescio quo casu, vidissent, me iterum atque iterum rogarent,
ut in publicum emitterem, quæ domi inter chartulas diu latitarant. Per-
suaserunt tandem, quamvis primum pertinaciter ibam inficias, haud igna-
rus Momos mibi non defuturos, qui bene dicta finissimè interpretatione no-
tarent. Quod genus hominum, cum injusti sint rerum estimatores, debebant
id cogitare, quod à Græciis prudentissime dicitur est, μηδέποτε πλέον
ἔνοιας, μηδέποτε δὲ καλπάρια, facillimum esse alienum opus reprehendere, sed
non perinde facile aliquid simile aut praestantius confidere. Agnosco In-
bens, me nihil magni aut eximiis in hac re præstissem. Hoc tamen (Lector
benevolo) pro certo invenies, me nullam distinctionem, phrasim, aut senten-
tiam intellectu difficultem per totum hunc Authorem præterisse, quin eam,
qualicebat brevitate, explicuerim, explana verim, facilemque reddiderim.
Præterea regiones, civitates, oppida, villas, montes, valles, agros,
maria, flumina, nomina hominum propria & patronymica, leges moresque
gentium, inusitatæ loquendi formulas, omnia denique, quæ habet Horati-
us paulo reconditora, ego sic paucis tetigī, ut quivis in lingua Latina
vel mediocriter versatus, Horatium ipsum intelligat facillime. Ita tamen
ut singulas annotationes ad figuræ Arithmeticas referas in contextu,
cum quo feci ut eadem Annotationes genere, numero, casu, modo, tempore,
& persona consonent & congruant. Quod ni facias, non pauca ex Anno-
tationibus præse ferent quandam speciem orationis incongruae, & sensus
videbuntur expertes esse & vacua. Verum, si eas bene copules & conseruat
eum Textu præcedente & sub sequente, certe Authoris sensum tibi manife-
stem reddent & valde perspicuum, qui solus est scopus & finis unicus meo-
rum laborum. Boni consule, Lector humanissime: sic animos dabis majora
aggregandi, si Deus largiorem hujus vitæ usuram mibi dederit. Interim
— si quid novisti rectius istis,

Candidus imperti: si non, his utere mecum.
Vale. Augusti 7. 1606.

Tui commodi studiosus.
I O. B O N D.

Tandem, Flacce, Lyram tangis, tandem arte Toctam
Instruis, exagitas crimina, corda domas.
Scilicet, ut nimiam docto de carmine noctem
Dispulit immisso cura secunda die:
Te meus insolita perfudit luce Magister,
Jamque potes pueris & sine nube legi.

H. Sanfordus.

Q U I N-

QUINTI HORATII FLACCI
ODARUM SEU CARMINUM
LIBER PRIMUS

AD MECOENATEM. Ode I.

Alios allis rebus duci, se lyricorum versuum studio teneri.

MECCENAS, ¹ atavis edite regibus,
MO & ² præsidiū & dulce decus meū :
³ Sunt quos ⁴ curriculo pulverem Olympicū
Collegisse juvat : ⁵ metaque ⁶ fervidis
Evitata rotis, ⁷ palmaque nobilis,
Terrarum dominos ⁸ evehit ad Deos.
⁹ Hunc, si ¹⁰ mobilium turba Quiritium
Certat ¹¹ tergeminis, ¹² tollere honoribus :
¹³ Illum, ¹⁴ si proprio condidit horreo
Quidquid de ¹⁵ Libycis verritur areis,
Gaudentem patros ¹⁶ findere farculo
Agros, ¹⁷ Attalicis conditionibus
Nunquam dimoveas, ut trabe ¹⁸ Cypria
¹⁹ Myrtoum ²⁰ pavidus nauta fecet mare.
²¹ Lucentem Icariis fluītibus ²² Africum
Mercator metuens, ocium & oppidi
Laudat rura sui : mox reficit rates
²³ Quassas, ²⁴ indocilis pauperiem pati.
²⁵ Est qui nec veteris pocula ²⁶ Massici,
Nec partem solidō ²⁷ demere de die
Spernit, nunc viridi ²⁸ membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ²⁹ sacræ,
Multos castra juvant, & ³⁰ lituo tubæ
Pernipitus sonitus, bellaque matribus
³¹ Detestata. Manet sub ³² Jove frigido
Venator, ³³ teneræ conjugis immemor :
Seu visa est catulis cerva ³⁴ fidelibus,
³⁵ Seu rupit teretes ³⁶ Marsus aper plagas.
Me doctarum ³⁷ ederæ præmia frontium
Dis miscent superis : me gelidum nemus,

ve ex trabibus Cyprils compacta, pro quavis nave.
regis Arcadiæ auriga sic nominatum. ²⁰ Propter naufragii metum. ²¹ Confili-
gentem cum fluītibus Icaris. ²² Qui fiat ab occasu hyberno. ²³ Naves lace-
ras. ²⁴ Qui doceri non potest pauperiem pati. ²⁵ Est aliud genus hominum,
qui genio indulgent. ²⁶ Vini generosi, quale in Massico Campanie monte na-
scitur. ²⁷ Frangere diem intermitendo laborem, pabuloque corpus reſiendio.
²⁸ Habens membra strata sub arbuto viridi, id est, sub arbuto amena & convi-
vialis idonea. ²⁹ Omnis fons in origine facer eft, fluoque murmur somnos allicit.
³⁰ Litius equitum eft & incurvus, tuba pedum & directa. ³¹ Propter filio-
rum interitum. ³² Sub aere frigido. ³³ Conjugis delicata. ³⁴ Mira eft ca-
num fidelitas in dominos. ³⁵ Seu effugit aper ruptis retibus ex tereti & rotun-
do fune contextris. ³⁶ Sabellus pro quovis apro. ³⁷ Poeta viētores coronis
ederacelis donabantur.

¹ Antiquis regibus prognas-
te, cui Menodorus pater,
Menippus avus. Cecinna rex
Etrucorum fuit atavus.

² Tutela vel propugnatio
mea & dulce ornamenntum.

³ Sunt qui ludis delestantur,
urpoce Olympiacis, in
quibus concitari solebar pul-
vis quo currentes sparge-
bantur. ⁴ Curru. ⁵ Ter-
minus (ad quem dirigitur
cursus) caute evitatus.

⁶ Rotæ currendo fervent.

⁷ Præmium victoriae, quia
homines nobilitat. ⁸ Diles
æquiparat. ⁹ Hunc, i. aliam,
qui honoribus infervit.

¹⁰ Pop. Romanus in suffi-
fragis ferendis semper erat
nobilis & inconfitans.

¹¹ Honoribus amplissimis
& maximis, vel, Adilitate
majore, Pratura & Confili-
atu. ¹² Extollere ad fubli-
morem dignitatis gradum.

¹³ Illum, id est, alium homi-
nen, qui agriculturam
exercet. ¹⁴ Si factus sit di-
ves & copiosus arator.

¹⁵ Quicquid colligitur ex
agris fertilibus, cuiusmodi
sunt in Libya regione fru-
menti feracissima. ¹⁶ Agros
ligone fodere, vel, agros co-
lere farculo, quod eit genus
rastrii. Graci τὸ σκαλιδίον
appellant. ¹⁷ Numquam
eum de fententia sua deduc-
cas, quamvis regis opes ei
offerat, cuiusmodi erant At-
tali regis Pergami. ¹⁸ Na-

¹⁹ Mare à Myrto Oenomai
gentem cum fluītibus Icaris. ²⁰ Qui fiat ab occasu hyberno. ²¹ Naves lace-
ras. ²² Qui doceri non potest pauperiem pati. ²³ Est aliud genus hominum,
qui genio indulgent. ²⁴ Vini generosi, quale in Massico Campanie monte na-
scitur. ²⁵ Frangere diem intermitendo laborem, pabulooke corpus reſiendio.
²⁶ Habens membra strata sub arbuto viridi, id est, sub arbuto amena & convi-
vialis idonea. ²⁷ Omnis fons in origine facer eft, fluoque murmur somnos allicit.
²⁸ Litius equitum eft & incurvus, tuba pedum & directa. ²⁹ Propter filio-
rum interitum. ³⁰ Sub aere frigido. ³¹ Conjugis delicata. ³² Mira eft ca-
num fidelitas in dominos. ³³ Seu effugit aper ruptis retibus ex tereti & rotun-
do fune contextris. ³⁴ Sabellus pro quovis apro. ³⁵ Poeta viētores coronis
ederacelis donabantur.

H O R A T I I

38 In saltando celeres.
 39 Me dignum faciunt . ut
 proper excellentiam à vul-
 go segreger. 40 Si, i. quia
 sic placet Musis, quarum fa-
 vore hac beneficia confec-
 tus sum. 41 Una ex Musis,
 eaque jucunda. 42 Musis-
 rum altera, cui bene dicendi
 facultas adscribitur. 43 Quale barbiton Sappho & Alceus egregii Poëtae in in-
 fusa Lesbo tendere solebant. 44 Si me (ō Meconas) inter Lyricos Poetas nu-
 merabis, ad cœlum usque evehar, idemque digito artingam, id est, fortunatus ero
 supra mortaliū conditionem, vel ero in oculis omnium resplendens ut fidus in-
 ger homines.

AD AUGUSTUM CÆSAREM. Ode II.

*Deos omnes iratos esse Romanis, ob Caesaris cædem: unam imperiū
 spem in Augusto constitutam.*

1 Grandinis formidandæ,
 ut à Jovis ira provenientis.
 2 Jupiter. 3 Fulmine ex
 igne rubente. 4 Qui Capit-
 olium vel tempia deorum
 quum fulmine percussit,
 Romam terruit, id est, cives
 urbano timore fecit. 5 Ne
 tempus eluvionis rediret,
 cum Deucalion & Pyrrha
 foli ex universo hominum
 genere relikti Parnassum
 montem confonderent, ibi
 ut se rutos ab aquarum vi
 conservarent. 6 Quæ de
 admirabilibus monstribus que-
 rebatur. 7 Quum Proteus
 phocarum pastor & custos,
 pecus id est, vitulos marinos,
 eduxit ad visendum altos
 montes. 8 Ultimus ponitur
 pro quavis arbore. 9 Tur-
 turibus vel palumbibus.

10 In terram ejecto.
 11 Tiberim turbidum &
 arenae colore flavum,
 12 Undis repulsi à littore
 Etrusco, vel à Tyrrheno ma-
 ri, in quod Tiberis infuit.
 13 Regiam Numæ Pompi-
 illi. 14 Fuit Vesta Saturni
 filia ex Ope, foci cultus &
 præses, cui Numa Pomplius
 cædem condidit. 15 Ille
 Romuli matri, Tiberis uxori,
 abs qua Julius Cæsar ortu-
 sum habuit. 16 Conqueren-
 ti de Cæsaris nece.

17 Magnifice gloriantur.
 18 Errans extra alveum.
 19 Ergo sinistra, quia Ti-
 beri currenti urbs est à sinis-
 tra. 20 Jove indignante &
 pene invito. 21 Tiberis, fusa uxori nimulum indulgens. 22 Rara juventus,
 id est, postea nostri, pauci admodum ex bellorum civilium reliquis, ideoque rar-
 audient, cives in civium corpora gladios exaequiti. quibus Perse, Pop. Romani ho-
 fest periret melius, id est, justius perirent. 23 Parentum culpa. 24 Ergo, quem
 divum vocet populus &c. 25 Libertati & dignitati fænatus vergentis ad ruinam.
 26 Quibus precibus virginis Vestales impene rogant & obsecrare 'debeant Ve-
 stam? 27 Hymnos & preces supplicantium. 28 Cui deorum dabit Jupiter par-
 tes, id est, munus delendi scelus, quod patraverunt Romani in occidendo Cæsare?

38 leves cum Satyris chor-
 39 Secernunt populo: 40 si neque tibias
 41 Euterpe cohabet: nec 42 Polyhymnia
 43 Lesboum refugit tendere barbiton:
 44 Quod si me Lyricis vatibus inferes,
 Sublimi feriam sidera vertice.

J Am satis terris nivis, atque 1 dire
 Grandinis misit 2 pater, & 3 rubente
 Dextera sacras 4 jaculatus arceis
 Terruit urbem:
 Terruit genteis, grave ne rediret
 5 Seculum Pyrrhæ nova monstra 6 questæ:
 Omne cum 7 Proteus pecus egit altos
 Vi fere monteis:
 Piscium & summa genus hæsit 8 ulmo,
 Nota quæ sedes fuerat 9 columbis:
 Et 10 superjeæto pavidae natarunt
 Æquore damæ:
 Vidimus 11 flavum Tiberim retortis
 12 Littore Etrusco violenter undis,
 Ire dejectum 13 monumenta regis,
 Templaque 14 Vestæ:
 15 Ille dum se nimium 16 querenti
 17 Jactat ultorem. 18 vagus & 19 sinistra
 Labitur ripa, 20 Jove non probante, 21 u-
 xorius amnis.

22 Audiet civeis acuisse ferrum,
 Quo graves Persæ melius perirent:
 Audiet pugnas, 23 vitio parentum
 Rara juventus.
 24 Quem vocet Divum populus ruentis
 Imperi 25 rebus? 26 prece qua fatigent
 Virgines sanctæ minus audientem
 27 Carmina Vestam?

28 Cui dabit parteis scelus expiandi
 Jupiter? tandem venias precamur
 Nube

Nube candepteis humeros ²⁹ amictus
³⁰ Augur Apollo :
Sive tu mavis ³¹ Erycina ridens ,
³² Quam Jocus circumvolat , & Cupido :
Sive neglectum ³³ genus , & nepotes
 Reficis ³⁴ auctor ,
Heu , nimis longo fatiate ³⁵ ludo :
Quem juvat clamor , galeæque ³⁶ leves
³⁷ Acer & Mauri peditis cruentum
 Vultus in hostem :
Sive ³⁸ mutata ³⁹ juvenem figura ,
Ales in terris ⁴⁰ imitaris , alme
Filius Majæ , ⁴¹ patiens vocari
 Cæsaris ulti :
⁴² Serus in cœlum redeas , diuque
Latus intersis populo ⁴³ Quirini :
Neve te ⁴⁴ nostris vitiis iniquum
 ⁴⁵ Ocyor aura
Tollat . ⁴⁶ hic magnos potius triumphos ,
Hic ames dici ⁴⁷ pater , atque princeps :
Neu sinas ⁴⁸ Medos ⁴⁹ equitare inultos
 ⁵⁰ Te duce Cæsar .

contentionibus indignantem . ⁴⁵ Velox ventus ne tollat te in cœlum est conspectu nostro . ⁴⁶ Romæ . ⁴⁷ Augustus Senatusconsulto Pater Patrie appellatus est . ⁴⁸ Persas & Medos , quibus bellum inferre Augustus hoc tempore cogitabat . ⁴⁹ Ex equo pugnare . ⁵⁰ Qui non modo princeps inter homines , sed Deus etiam effectus es , ideoque dux invictissimus .

I N V I R G I L I U M A T H E N A S P R O- F I C I S C E N T E M . Ode III.

*Secundam ei navigationem precatur , deinde occasionem nactus ,
hominum audaciam detestatur .*

¹ **S**ic te ² diva potens Cypri ,
Sic ³ fratres Helenæ , lucida sidera ,
Ventorumque regat ⁴ pater
⁵ Obstrictis aliis , præter ⁶ Iapyga ,
Navis , quæ tibi creditum
Debes Virgilium : finibus Atticis
Reddas incolumem , precor ,
Et serves ⁷ animæ dimidium meæ .
⁸ Illi robur , & æs triplex
 Circa pectus erat , qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus , nec timuit ⁹ præcipitem Africum
¹⁰ Decertantem Aquilonibus ,
Nec tristeis ¹¹ Hyadas , nec rabiem Noti :
clam navigant . ⁷ Vite meæ dimidium . Amicorum enim una est anima in duobus corporibus . ⁸ Erat ille animo robusto & pectori ferro , qui nullus periculi
meru territus , primus navigare ausus est . ⁹ Africum Impetuosum , qui præcipitat
quicquid impellit . ¹⁰ Colluctantem cum Aquilonibus . ¹¹ Stellaris à fratre
Hyante sic dictas , noxias admodum & pluviosas , quia suo ortu & occasu pluvias
solent excitare .

²⁹ Habens humeros candente nube amictos . ³⁰ Vates , qui praesentit futura .
³¹ Venus , sic dicta à monte Eryce : ubi religiosissime colebatur . ³² Circa quam Jocus volat . ³³ Genus ex oculis tuis rejectum (ò Mars) qui opem ferre negligis . ³⁴ Mars pater Romulli , qui Roman condidit .
³⁵ Bellis , quæ sunt Martis ludi , & oblectamenta .
³⁶ Galeæ expolire .
³⁷ Virilis & truculentus , qualis erat Maurorum vultus . ³⁸ Murata figura tui in formam Augusti .
³⁹ Augustum , cui Poëta afflentatur , Mercurium eum esse dicens . ⁴⁰ Repræsentans . ⁴¹ Qui pateris te vocari Cæsaris ultorem . Ordo est : Sive , ô tu ales , id est , alate Mercuri , filius alme Majæ , patiens vocari Cæsaris ulti , imitaris in terris juvenem Augustum murata figura . ⁴² Utinam fero in cœlum redeas , & diu vivas in terris . ⁴³ Romull , pro Pop. Romano . ⁴⁴ Nostris

contentioibus indignantem . ⁴⁵ Velox ventus ne tollat te in cœlum est conspectu nostro . ⁴⁶ Romæ . ⁴⁷ Augustus Senatusconsulto Pater Patrie appellatus est . ⁴⁸ Persas & Medos , quibus bellum inferre Augustus hoc tempore cogitabat . ⁴⁹ Ex equo pugnare . ⁵⁰ Qui non modo princeps inter homines , sed Deus etiam effectus es , ideoque dux invictissimus .

¹ Ordo est : O navis , quæ debes finibus Atticis Virgiliūm tibi creditum , precor sic te regat filiaturae Veneris fidus , &c. ut finibus Atheniensibus cum fulvum restituas , velut rem tuae fidei commissam . ² Venus domina Cypri Insule , ubi præcipue colebatur . ³ Castor & Pollux nautarum oplulatorum . ⁴ Æolus . ⁵ Allis ventis vindictis & in utre inclusis , quemadmodum ab Æolo omnes venti dati sunt Ulyssi , præter Zephyrum , qui liber & solitus , cum deferat in patriam . ⁶ Venum ex Apulis flantem , illi utili qui ex Italia in Graeciam navigant . ⁷ Vite meæ dimidium . Amicorum enim una est anima in duabus corporibus . ⁸ Erat ille animo robusto & pectori ferro , qui nullus periculi meru territus , primus navigare ausus est . ⁹ Africum Impetuosum , qui præcipitat quicquid impellit . ¹⁰ Colluctantem cum Aquilonibus . ¹¹ Stellaris à fratre Hyante sic dictas , noxias admodum & pluviosas , quia suo ortu & occasu pluvias solent excitare .

H O R A T I I

12 Quo Noto nullus est
ventus major dominus maris
Adriaci, id est, magus ob-
tinet imperium in mare A-
driaticum, sive concitare, si-
ve sedare vult fluctus.

13 Quod genus mortis ti-
multus? ad quam quasi gradibus
imus. 14 Absque la-
crys. 15 Cere, pisces
monstruos. 16 Altos mon-
tes in Epro à fulmine liege
iētos, idcirco infantes pro-
pter crebra naufragia ibi fa-
cta. 17 Frustra Dei pro-
videntia dissociavit terras à
mari, si homines nihilominus
audient navigare.

18 Separavit. 19 Quem
necessit erat à terris secludi,
proper salutem hominum
allorumque animantium,
que usui humano inservien-
tia terre pabulo nutritur.
20 Impi homines cum
ratibus, qui Del confilium
in hoc, scilicet navigando,
videnter contemnere.

21 Loca in mari periculo-
sistima. 22 Parata ad quam-
vis facinoris poenam perfe-
xendam. 23 Imperii fertur,
non ratione, ad res lege ve-
ritatis. 24 Prometheus Jape-
ti filius. 25 Furto.

26 Hominibus distribuit.
27 Post ignem ē celo fur-
tim ablatum. 28 Inaudita
morborum multitudo terram occupavit. 29 Necesitas morris prius tarde,
matura senecta ventensis celeravit gradum, & citius advenit. 30 Aerā apertum
vel inanem, ab hominibus infrequentem. 31 Sed avibus, quibus proprium est
volare. 32 Hercules per vim descendit ad Inferos, ut inde tricipitem Cerberum
ad superos protraheret. 33 Difficile est. 34 Cœlum ipsum petimus 35 stultitia: neg-
Per nostrum patimur 36 scelus
Iracunda Jovem 37 ponere fulmina.

12 Quo non arbiter Adriæ
Major, tollere seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit 13 gradum,
Qui 14 siccis oculis 15 monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infameis scopulos 16 Acroceraunia?
17 Nequicquam Deus 18 abscedit
Prudens Oceano 19 dissociabili
Terras: si tamen 20 impie
Non tangenda rates transfilunt 21 vada.
22 Audax omnia perpeti
Gens humana 23 ruit per vetitum nefas:
Audax 24 Japeti genus
Ignem fraude 25 mala gentibus 26 intulit
Post ignem aetheria domo
27 Subductum, macies, & 28 nova febrium
Terris incubuit cohors:
Semotique prius 29 tarda necesitas
Leti, corripuit gradum.
Expertus 30 vacuum Dædalus aëra
Pennis 31 non homini datis.
Perrupit 32 Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus 33 arduum est.
34 Cœlum ipsum petimus 35 stultitia: neg-
Per nostrum patimur 36 scelus
Iracunda Jovem 37 ponere fulmina.

AD L. SEXTIUM CONSULAREM. Ode IV.

*Adventu Veris, & communi moriendi conditione proposita,
hortatur ad voluptates.*

1 Veris adven-
tu mollaicit &
relaxatur terra,
qui fuerat hy-
eme frigore vin-
dia & adfricta.

2 Hyems mor-
dax & aspera.

3 Vere in vi-

1 Olivitur 2 acris hyems 3 grata vice Veris, & 4 Favoni:
5 Trahuntque siccias 6 machinæ carinas:
Ac neque 7 jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni:
Nec prata canis 8 alblicant pruinis.
Jam 9 Cytherea choros ducit 10 Venus imminentे Lunæ
Junæneque Nymphis 11 Gratiæ decentes

cem redeunte, que vicissitudo post asperam hyemem grata est. 4 Zephyri, qui
verno tempore flaire incipit. 5 Trahunt in mare, ad navigandum, naves siccias:
aque ideo siccias, quod a principio Novembris usque ad initium Martii conque-
verant extra aquam in navibus. 6 Instrumenta que maxime habent vii tuto
ad moles suo loco movendas. 7 Ut in hyeme. 8 Albescunt. 9 Cytherea insula
est contra Cretam, in quam ferunt Venerem primum vestram concha marina.

10 Venus dux chori jam cum Nymphis & Gratiis ad Lunam saltat imminentem.
11 Aglaja, Euphrosyna Thalia,

12 Alter.

12 Alterno terram quatiunt pede, 13 dum graveis Cy-
 Vulcanus ardens 14 urit officinas. (clopum)
 Nunc decet aut viridi 15 nitidum caput 16 impedire
 Aut flore, 17 terrae quem ferunt solutæ. (myrto,
 18 Nunc & in umbrosis 19 Fauno decet 20 immolare
 Seu poscat agnam, sive malit hædum. (lucus
 21 Pallida mors 22 æquo pulsat pede pauperum 23 taber-
 Regumque turreis. ô beate Sexti, (nas,
 24 Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam,
 25 Jam te premet nox, 26 fabulæque manes,
 Et domus 27 exilis Plutonia: 28 quo simul mearis,
 29 Nec regna vini fortis 30 talis, (ventus
 Nec tenerum 31 Lycidam mirabere: 32 quo calet ju-
 Nunc omnis, & 33 mox virgines tepebunt.

12 Nunc hoc, nunc illo pede
 terram pulsant numerose fal-
 tantæ.
 13 Dum Vul-
 canus in Ætna
 monte cudit ful-
 mina cum Gi-
 gigantibus, quo-
 rum opera &
 ministerio in iis
 fabricandis uti-
 tur. 14 Non
 revera urit, sed
 Poëta vehementer
 ignis ardorem exprimit,
 quo metallæ li-
 quefunt.

15 Caput unguento splendescens. 16 Coronare caput fert ex myro aut alijs
 floribus concinnato. 17 Quem veris calore laxat & producent terra, que hyemis
 frigore fuerant constrictæ. 18 Anno Jam expleto, scil. veris tempore. 19 Fau-
 no, ruficorum Deo quem quidam volunt eundem esse arque Pana. 20 Sacrifica-
 re vel agnam vel hædum, urrum mavult. 21 Mors pallidos efficit. 22 Indiffe-
 renter & æque fortiter principum fores atque pauperum casas pulsat. 23 Domos
 humiliores. 24 Breve vita spartum longam sperare vitam nos vetat. 25 Statim
 te opprimet mors, que secundum Epicureos, nihil habet præter tenebras.

26 Fabulosa inferi, de quibus & Poëta & Philosophi tam multa fabulantur.
 27 Domus tenuis & parva, sic dilata ob manes exiles illuc habitantes, qui aspectum
 oculorum fugiunt, nec possunt circumscribi. 28 Ad quam domum simul ac mi-
 graveris. 29 Non eris bibendi magister, cui constituerint leges in convivilis omnes
 parere neceſſe erit. 30 Talorum jaētu. Veneris enim jaētus regem vini efficiebat.
 31 Puerum mollem & delicatum. 32 Cujus amore juvenes nunc ardentes.

33 Ubi Lycidas adoleverit, virgines ejus complexu cupient potiri.

A D P Y R R H A M . Ode V.

*Miseros esse qui illius amore teneantur. se ex eo, tanquam è
naufragio, enataſſe.*

1 Q Uis multa gracilis te puer in rosa
 2 Perfusus liquidis urget odoribus
 Grato, Pyrrha, sub 3 antro?
 4 Cui flavam religas comam,
 5 Simplex munditiis? heu quoties 6 fidem,
 Mutatosque 7 deos flebit, & 8 aspera
 9 Nigris 10 æquora ventis
 Emirabitur 11 infolens,
 Qui nunc te fruitur credulus 12 aurea!
 Qui semper 13 vacuam, semper amabilem
 Sperat, nescius 14 auræ
 Fallacis? 15 miseri, quibus

1 O Pyrrha, quis puer te-
 nero & gracili corpore, id
 est, quis adolescens atari
 puerili proximus te multis
 in rosis urget, id est, arcte
 avideque amplectitur?

2 Delfbutus unguentis, que
 odores effundunt. 3 In
 fornice vel luponari, ubi
 meretrices aliquando late-
 bant, ut alienos oculos in re-
 pudenda fugerent, aliquando
 prestatabant impudice ad
 captandam prædam. 4 Cu-
 jus gratia crines flavos ha-
 bes religatos ut ei placeas.

5 Simplice munditiis con-
 tenta abſque sumptuoso cor-

portis cultu. 6 Promissa in levitatem & perfidiam murara. 7 Venerem cum fua
 pedissequis, scil. Granis, risu, joco, osculis, alijque hujusmodi, que tales amores
 comitari, facileque mutari solent. 8 Allegoria est ducta à mari, ventis agitato,
 significans meretricum blanditias more tempestuarum mobiles esse & inconstantes.
 9 Tempestates à ventis agitatæ sunt nigrae. 10 Per æquora significat meretri-
 cem fallacem, que ex ferena & placida facta est sivea & in placabilis. 11 Infuerus,
 & talen in Pyrrha meretricum amorem non exporris. 12 Te pulchra & ama-
 bili. Quid enim auro amabilis? 13 Qui sperat te fibi soli vacantem & pararam
 fore, alij omnibus contemptis. 14 Inconstanzia mullebris ignarus. 15 Miseri
 sunt hi, quibus non probata neque ulii cognita fulges & amabilis videris.

¹⁶ Sacellum vel templum Neptuno dicatum. Est Al- legor. ducta à naufragis, qui pericolo elapsi Neptuno solebant suspendere tabu- lam, in qua naufragii casus deplinquebatur. ¹⁷ Quam vovl medilis in periculis, id est. Pyrrhae blandimenta. ¹⁸ Neptuno, imperium maris obtinenter. ¹⁹ Naufragi sua vestimenta, in quibus fuerant servati, Neptuno etiam confecabant.

AD VIPSANIUM AGRIPPAM. Ode VI.

Bella ab eo gesta à Vario cantatum iri: se conviviali tan- tum, & amoribus describendis aptum esse.

¹ Scriberis à Varlo, Mæo- nil carminis alite, id est, majestate carminis Homerici. vel, penna & stylo car- minis Homerici. vel, ab her- eroico Poëta, cantu præditio plane Mæonio, id est, Ho- merico. fuit enim Homerius, aut ex Mœonia, aur Mœonis filius. ² Quam- cunque rem. ³ Iram im- placabilem Achilis, Peleo & Thetide geniti. ⁴ Qui placari noluit. ⁵ Naviga- tiones longas subdoli Ulysf- sis, qui aliud loquebatur, aliud sentiebat: unde à Græcis dictus est διπλάγης.

⁶ Sevam propter varia ho- micidea in eadem familia perperrata. Nam Pelops à Tantalo patre, Atreus & Agamemnon ab Ægypto, Clytemnestra ab Oreste filio est occisa. ⁷ Nos, qui tenui fūrus Ingenio, non andenus dicere grandia vi- ribus nostris imparia.

⁸ Dum Polyhymnia Musa Lyrica (que potestarem habet in Lyram, imbellen tempe & ineptam ad res bellicas scribendas) me vetat dertere, id est, diminuere atque extenuare tuas & Cæsaris laudes. ⁹ Ingenii mei tarditate. ¹⁰ Martem. Id est, viros bellicosos, testos & Indutros lorica, que dura & solida est ut adamans.

¹¹ Virum fortissimum, pulvere Troico squalidum & obductum. ¹² Pallas semper opem tulit Diomedeti Tydei filio. ¹³ Animo & fortitudine diis aqua- leam. Nam Martem & Venerem Diomedes vulneraverit. ¹⁴ Virgines & puellæ ita- cres sunt in juvenes, ut ramen unguies finos ad repugnandum sectos habeant, ne forte pugna sit cruenta, quod raro sit. ¹⁵ Sive quid sumus vacui, id est, valde- otiosi, sive quid urimur, id est, aliquantulum amamus. ¹⁶ Nostro more leves & inconfitantes, quod amaroribus proprium est & usitatum.

AD MUNATIUM PLANCTUM
CONSULARE M. Ode VII.

Alias alia, sibi Tiburtinam regionem placere. Cohortatio ad voluptatis.

¹ Rhodon clara- ram propter e- legantem stru- cturam trium civitatum, que sunt In'eadem Insulis. aut claram. i. præclaram portubus, vil- lamenibus, legum præstantia, &c. aut claram. i. semper illustratam radili Solis- qui puellæ Rhodi amore captus, Insulam ab ea nominavit Rhodon. ² Mitylene urbs est in Lesbo. ³ Nobilitam civitatem ab Amazonibus extructam. & magna Diana templo nobilitaram. ⁴ Corinthus dicitur bimaris, quod hinc Io- nio, hinc Ægeo mari cingitur.

Mœnia , vel Baccho ⁵ Thebas , vel Apolline ⁶ Delphos
Insigneis , aut Theſſala ⁷ Tempe.

⁸ Sunt quibus unum opus eſt , intactæ Palladis ⁹ urbem
Carmine ¹⁰ perpetuo celebrare : &c

¹¹ Undique deceptam frondi præponere olivam.

¹² Plurimus in Junonis honorem

Aptum dicit ¹³ equis Argos , diteſisque ¹⁴ Mycenæs.

Me nec tam ¹⁵ patiens Lacedæmon ,

Nec tam ¹⁶ Larissæ ¹⁷ percussit campus opimæ ,

Quam ¹⁸ domus Albuneæ resonantis ,

¹⁹ Et præceps Anio , & ²⁰ Tiburni lucus , & uda

²¹ Mobilibus pomaria rivis.

²² Albus ut ²³ obſcuro deterget nubila cœlo

Sæpe Notus : neque parturit imbreis

Perpetuos : ſic tu ſapiens finire memento

Triftiam , viteque labores

Molli , Plance , ²⁴ mero : ²⁵ ſeu te fulgentia ²⁶ signis

Caſtra tenent : ſeu densa tenebit

Tiburis umbra tui . Teucer ²⁷ Salamina , patremque

²⁸ Cum fugeret : tamen uda Lyæo

²⁹ Tempora ³⁰ populea fertur vinxisse corona ,

Sic tristeis affatus amicos ,

Quo nos cumque feret ³¹ melior fortuna parente-

Ibimus , ô focii , comitesque .

Nil desperandum Teucro duce , & ³² aufſpiè Teucro .

³³ Certus enim promisit Apollo ,

³⁴ Ambiguam tellure nova Salamina futuram .

O fortes ³⁵ pejoraque paſſi

Mecum ſiepe viři , nunc vino pellite curas :

Cras ingens ³⁶ iterabimus aequor .

Palladis eſt propria . ¹² Plurimi , i. multi dicunt . ¹³ Argos equis nurrēndis
Idoneum . Unde Homerius appellar A^{πρθ}-ιττο^ςαρος . ¹⁴ Urbem opulentam ,
in qua regnavit Agamemnon , à Mycenæ Nympha ſic appellatam . ¹⁵ Lacedæ-
mon dicitur patiens ob feveram diſciplinam , ubi pueri ad Diana aram loris Ba-
gellati uſque dum fanguis e visceribus exiret , ne ingemuerunt quidem . ¹⁶ La-
rissa eſt urbs in Theſſala , à qua & Achilles Larissæ dicitur eſt . ¹⁷ Permovit ,
affect . ¹⁸ Nemus delectabilis , Albunes Nymphæ una cum fonte conſecratum
¹⁹ Fluvius Anio de celo ſcopulo multam aquam deorfum effundens . ²⁰ Tibur-
nus primus Tiburis conditor dicebatur . ²¹ Pomaria diſcurrentibus rivis irri-
guia . ²² Notus ferens . ²³ Cœlo calliginoſo . ²⁴ Vino ſuavi . ²⁵ Sive mili-
tiae , five domi rux eris . ²⁶ Aquila Dracone , aliiſque id genus ſignis militari-
bus . ²⁷ Civitatem Telamonis , qui duos habuit filios , Teucrum & Ajacem .
²⁸ Quamvis fugeret . ²⁹ Caput vino madidum . Lyæus , nomen Bacchi , pon-
itur pro vino . ³⁰ Corona ex frondibus populi arboris , que animi fortitudi-
nem denotar . ³¹ Melior , quia fortuna mihi pariam dabit , at parer Telamon
negavit . ³² Me Teucro hortatore . ³³ Apolio non fallax aut mentiens .
³⁴ Promisit duas fore Salaminas , quarum altera nunc eſt in Attica , alteram ego
& vos condeamus in Cypro . ³⁵ O paſſi graviora ! Virgil . ³⁶ Iterum navi-
gabimus .

⁵ Thebe , urbs
eſt in Boeotia à
Cadmo ædificata , cuius filia
Semele Bacchum
peperit ex Jovis
compreſſu .

⁶ Nobile fuit
Delphis Apollini
oraculum .

⁷ Loca ame-
nissima Theſſa-
lia .

⁸ Sunt Poëtae ,
quibus unicūm
opus eſt .

⁹ Athenas Mi-
nerva Inviola-
tæ urbem .

¹⁰ Carmine
non interrupto ,
ut aliud lau-
dent .

¹¹ Frontem o-
liva coronare ,
cuius folia un-
diue , i. cir-
cum circa depon-
fa & breviora
facta majorem
addunt orna-
tum . Allis alia
lectio magis ar-
ridet , vid . Un-
diue decepta
frondi præpone-
re olivam , ut fit
ſensus : Omni-
bus locorum &
terrarum fron-
dibus olivam
anteponere , quæ

AD LYDIAM. Ode VIII.

Obscure juvenem quendam, ut amore perditum, notat.

1 Meretrix de-
licarula, non
vulgaris formæ.
2 Juvenem
mollem. 3 Dum
tul amore ca-
ptus est. 4 Ejus
bona abligurit,
&c corporis vi-
res frangere.
5 Campum
Martium cur o-
derit?
6 Quum posfit
pari pulverem
& solem &c alios
etiam labores
militares. 7 Mi-
litarem in mo-
rem. 8 Galli-
corum equorum
ora. 9 Frænis
Inflata Lupino-
rum dentium asperis &c Inequalibus. 10 Moderetur & sibi parere doceat.
11 Tiberim tranare. 12 Cur luctam horret? Luctatur 1 urebant unguento
quod ex cera fit oleo subacta. 13 Sanguine venenosæ. 14 Frequenti armorum
pondere. 15 Disco nobilitatus; qui quidem Iudus erat primo Grecus, deinde
Grecus translatus ad Romanos. 16 Sæpe ultra terminum jaculo fortiter & expul-
site emitti. 17 Cur non prodit Sybaris in publicum, sed inter meretrices late
& emollescit? 18 Achillem, qui à matre Theride habitu puerili induitus, n
agnosceretur, in Insulam Scyrum ad Diomedem est deductus. 19 Paulo ante
everionem Trojæ. 20 Ne vestitus virilis eum in bellum Trojanum protraheret
21 Ponuntur Lycii pro Trojanis, quibus opena ferebant, sic cognominati à Ly-
candionis filio.

AD THALIARCHUM. Ode IX.

Hyeme indulgendum voluptati.

1 Vides ut Soracte coope-
riatur, vel è longinquo ap-
pareat nive plenum.
2 Mons in Faliscis, quem
hodie appellant montem
Divi Sylvestris, eo quod in
ejusdem montis spelunca ad
plurimum tempus se conti-
nuisse dicitur. 3 Nivis pon-
dus. 4 Oneris magnitudi-
ne laborantes. 5 Flumina
vi frigoris congelata à cursu
desistunt superne. 6 Co-
piose, pro foci magnitudine.
7 Largius quam solebas
prome de diota Sabina vi-
num quadratum, id est,
quatuor annorum. 8 Dia-
ra est vas vinarium, duas ha-
bens anfas, quadraginta &
octo sexrarius capiens. 9 Committe cætera Deorum cura &c procurationi.
10 Simil ac, id est, posteaquam ventos inter se concertantes compresserant.
11 Mari concitato, ut solet aqua in abeno fervens. 12 Non commovenentur
13 Quemcumque diem tibi dabit fors, i. fortuna, seu potius Dei voluntas
14 Appo.

V Ides, ut alta 1 stet nive candidum,
2 Soracte, nec jam sustineant 3 onus
Silvae 4 laborantes: geluque
Flumina 5 constiterint acuto?
Dissolve frigus, ligna super foco
6 Large reponens: atque 7 benignius
Deprome quadratum Sabina
O Thaliarche, merum 8 diota;
9 Permitte Divis cætera: qui 10 simuli
Stravere ventos æquore 11 fervido
Depræliaenteis, nec cupressi,
Nec veteres 12 agitantur ornati.
Quid sit futurum cras, fuge querere: &c
13 Quem fors dierum cumque dabit, 14 lucro

Appone : nec dulceis amores
 Sperne ¹⁵ puer , neque tu ¹⁶ choreas ,
 Donec virenti canities abest
 Morosa . nunc & ¹⁸ campus , & areæ ,
 Lenesque ¹⁹ sub noctem ²⁰ susurri
²¹ Composita repeatantur hora .
 Nunc & latentis proditor intimo
 Gratus puellæ risus ab angulo ,
²³ Pignusque dereum lacertis
 Aut digito male pertinaci .

¹⁵ Dum puer es , adolescens , Juvenis . ¹⁶ Chorea dicitur à choro , ubi junctis manibus saltatur .

¹⁷ Quamdiu tibi Juveni & adhuc virentiæ etatis canities (id est senectus) abeunt querula . ¹⁸ Campus Martius , & areæ , i. loca in quibus Rom . Juvenus se exercetabat . ¹⁹ Paulo ante noctem . ²⁰ Colloquia quæ sedi solent ab amantibus voco leni & submissa . ²¹ Ho-

ra constituta iterum atque iterum a te usurpentur . Gratus risus , proditor & index puellæ latentis , i. in angulum se absidentis ac delitescere simulantis . Ridet enim puella ne diu queratur , sed ut selpia prodat . ²³ Armilla vi avulsa ex lacertis , aur annulus à digito , male , i. parum pertinaciter retinente . Nam fingunt puellæ se veile retinere , quod cupiunt fibi adimi .

I N M E R C U R I U M . Ode X .

Mercuri ¹ facunde , nepos ² Atlantis ,
 Qui ³ feros cultus hominum recentum
⁴ Voce formasti ⁵ catus , & decoræ
 More ⁶ palæstræ :
 Te canam magni Jovis , & ⁷ Deorum
 Nuntium , curvæque lyræ ⁸ parentem ,
⁹ Callidum , quidquid placuit joco so
 Condere furto .
 Te , ¹⁰ boveis olim nisi reddidisses
 Per dolum ¹¹ amotas , ¹² puerum minaci
 Voce dum terret , ¹³ viduus pharetra ,
¹⁴ Risit Apollo .
 Quin & ¹⁵ Atreidas ¹⁶ duce te superbos
 Illo dives Priamus relicto ,
¹⁷ Thessalosque igneis , & ¹⁸ iniqua Trojæ
 Castra ¹⁹ fecellit .
 Tu piæ latèt animas reponis
²⁰ Sedibus : ²¹ virgaque ²² levem coërces
 Aurea turbam , ²³ superis deorum
 Gratus , & imis ,
 latuit , ut à nemine cognitus ac ne visus quidem fuerit . ²¹ Caduceo , quo Mercurius animas ducit ad inferos . ²² Incorpoream animarum multitudinem . ²³ Dilis superis & inferis gratus .

¹ Eloquentiae Deus & orationis Inventor . ² Maja Atlantis filia Mercurium peperit ex Jove . ³ Agrestes hominum primorum mores . ⁴ Eloquentia vel Musica conformavisti .
⁵ Quasi caurus . ⁶ Palæstra Graeci exercebantur ad tuendam corporis valerudinem . ⁷ Reliquorum deorum interpretem . ⁸ Lyrae inventorem . ⁹ Aftutum & ingeniosum ad furtum occurrandum , quod jocum rifiisque concitat . ¹⁰ Boves Admeti Regis , quas Apollo divinitate privatus pascebant . ¹¹ Abactas & furtim adempras . ¹² Te , qui puerilem formam assumperas , dum terrerer minis .
¹³ Privatus pharetra .
¹⁴ Ridendum fibi putavit .
¹⁵ Agamemnonem & Menelaum . ¹⁶ Qui te ducem Priamo præbebas . ¹⁷ Thessalicas excubias . ¹⁸ Castra Trojanis inimica . ¹⁹ Sic

A D L E U C O N O E N . Ode XI .

Indulgendum voluptati , omissa futurorum cura .

Tu ne quæsieris scire (¹ nefas) quem mihi , quem tibi
² Finem Di dederint Leuconoë : nec ³ Babylonios
 Tentaris numeros , ⁴ ut melius , quidquid erit , pati
 Seu plureis ⁵ hiemes , seu tribuit Jupiter ultimam ,
 logiam invenisse dicuntur . ⁴ Ut sapias melius pati , quicquid acciderit ,

¹ Impossibile est , vel , malum eff . ² Virtus terminum .

³ Mathematicos , qui Astro-

Que

6 Ut vina pro-
mas & fundas.
Aut, ut vina
percoles: vina
enim percolata
funt deliciora.

Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum. sapis: ⁶ vina liques: & ⁷ spatio brevi
Spem longam reseces, dum loquimur, fuderit invida
Ætas. ⁸ carpe diem, ⁹ quam minimum credula posteri
7 Et quum breve sit vitæ spatium, ne spem differas in lo-
gum. ⁸ Fruere die præsentis. ⁹ Nullam pene fidem adhibens diei futuro.

AD AUGUSTUM. Ode XII.

*Dilectis, herobus, virisque aliquot claris laudatis, postre-
mo commendat Augustum.*

1 O Clio, quem virum for-
tem aut heroa semideum
fusicies celebrandum?

2 Tibia acriter sonante.

3 Una ex novem Musis.

4 Refonabit. ⁵ Echo vo-
eis imago, quæ veluti lu-
dens responder. ⁶ Helicon
est mons Boootie, non pro-
cul à Parnasso, Apollini sa-
cer & Muuis, unde Muise
appeilate sunt Heliconides.

7 Monte Arcadic. ⁸ Mon-
te Thracie. ⁹ Orpheus fo-
norum & facundum poe-
tam (Calliope & Apollinis
filium) sylva sequitur fuit
temere, ¹⁰ autem ¹¹ iusta, sua
sponte & confuse. ¹⁰ Mu-
sica. ¹¹ Et adeo blandum,
ut quoconque voluerit po-
sset ducere querus auritas,
¹² sensu audiendi præditas.

¹² Cithara canora. ¹³ Quid
potius dicam quam solitas
& ab omnibus decantatas
laudes parentis, ¹⁴ Iovi?

¹⁴ Regit, vel temperaturum
efficit. ¹⁵ Quaror anni
temporibus, Vero, Estate,
Autumno, Hyeme. ¹⁶ A
quo Deo. ¹⁷ Quia Deus
est Optimus Maximus.

¹⁸ Nihil Jovi est secun-
dum, quia nullus ordo esse
potest inter infinitum & fi-
nitum. ¹⁹ Pallas proxima
est Jovi, sed longo inter-
vallo proxima. ²⁰ Miner-
va non è nullere concepta,
sed Jovis cerebro nata, vera
& divina sapientia. ²¹ Bac-
chus ad prælia trudit iner-
mis, dictus Liber, quod
animum curis liberat.

²² Diana venatrix. ²³ A-
deo certa est & Inevitabilis Phœbi flagita, ut semper Id ferlat quod petet.

²⁴ Herculem, Jovis & Alcmenæ filium. ²⁵ Filios Leda.

Castorem equestris prælio nobillatum. ²⁶ Nempe
gnem. ²⁸ Quorum stella serena simul atque nautis apparuit.

Staxis humor ex nive gelave in aquam resolutus. ³⁰ Venti desinunt
31 Nubes in fugam vertuntur. ³² Unda nautis minans naufragium que-
seit, que vento intumuerat. ³³ Filii Leda Castor & Pollux sic re-

¹ Q Uem virum, aut heroa, lyra, vel ² au-

Tibia sumis celebrare ³ Clio?

Quem deum? cujus ⁴ recinet jocosa

Nomen ⁵ imago,

Aut in umbrosis ⁶ Heliconis oris,

Aut super ⁷ Pindo, gelidove in ⁸ Hæmo-

Unde ⁹ vocalem temere infuscatae

Orpheus silvæ,

¹⁰ Arte materna rapidos morantem

Fluminum lapsus, celeresque ventos,

¹¹ Blandum & auritas ¹² fidibus canoris
Ducere quercus.

Quid ¹³ prius dicam solitis parentis

Laudibus? qui res hominum, ac deorum,

Qui mare, & terras, variisque mundum

¹⁴ Temperat ¹⁵ horis?

¹⁶ Unde ¹⁷ nil majus generatur ipso:

Nec viget quidquam simile, aut ¹⁸ secundum

¹⁹ Proximos illi tamen occupavit

²⁰ Pallas honores.

Præliis ²¹ audax neque te silebo

Liber, & faevis inimica ²² virgo

Belluis: nec te metuende ²³ certa

Phœbe sagitta.

Dicam & ²⁴ Alcidem, ²⁵ puerosque Led-

²⁶ Hunc equis, ²⁷ illum superare pugnis

Nobilem: ²⁸ quorum simul alba nautis

Stella refusit,

²⁹ Defluit faxis agitatus humor:

³⁰ Concidunt venti: ³¹ fugiuntque nubes

Et ³² minax (quod sic ³³ volvere) ponto

Unda recumbit.

34 Romulum post hos prius, an 35 quietum
Pompili regnum memorem, an 36 superbos
Tarquini 37 fasceis, dubito, an 38 Catonis
Nobile letum.

39 Regulum, & 40 Scauros, animæq; magnæ
41 Prodigum Paulum superante, 42 Poeno,
43 Gratus insigni referam Camœna,
44 Fabriciumq;

45 Hunc, & 46 incomitis 47 Curius capillis
Utilē bello 48 tulit, & 49 Camillum
50 Sæva paupertas, & 51 avitus apto
52 Cum lare fundus.

Crescit 53 occulto velut arbor ævo
Fama 54 Marcelli. micat inter omneis
55 Julium sidus, velut 56 inter igneis
Luna minores.

Gentis humanæ 57 pater, atque custos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæfaris 58 fatis data: 59 tu secundo
Cæfare regnes.

Ille seu Parthos 60 Latio imminentis
61 Egerit justo domitos triumpho:
Sive subjectos Orientis oris

62 Seras & Indos:

63 Te minor latum reget æquus orbem:
64 Tu gravi curru quatuor Olympum,
65 Tu parum castris inimica mittes
Fulmina lucis.

Perls. Turpe est viro bellicoso comam habere comptam & calamistratam. 47 Cu-
rius Samnitibus magnum auri pondus sibi afferentibus dicit, Se malle aurum ba-
tentibus imperare quam possidere. 48 Protulit, & produxit. 49 Camillus sexto
mense post Romanam à Gallis captam eos ex Italia expulit. 50 Paupertas aspera &
perpetua difficultis. 51 Fundus a suis majoribus sibi relictus. 52 Cum domo non
sumptuosa, sed que fundum deceat. 53 Occulre, veluti arbor quæ temporis pro-
gressa increvit, hominibus non advertentibus. 54 Marcellus quinques Con-
ful fuerat, tandem vero ab equitatu Hannibalis circumventus est & occisus.

55 Stella crinita, quæ viâ est septem noctes post Cæfarem occisum, & credeba-
tur esse Cæfaris anima in celum subvolans. 56 Inter stellas. 57 Jupiter.
58 Per fatâ, juxta Stoicorum opinionem, qui deos immortales fatis obligari vo-
lunt ad observanda eorum statuta. 59 Ita regnes, ut Cæsar Augustus sit secun-
dus post te, felicet ut tu in celo regnes, Cæsar in terris. 60 Invidians Latio,
quod hic ponitur pro toto Imperio Romano. 61 Seu subegerit, vel in triumphum
duxerit. 62 Populos in Æthiopia, apud quos alrisimæ sunt arbores, que non
solam follia, sed Ianam etiam proferunt renuissimam, ex qua conficiunt vesti-
menta. 63 Ille æquus, id est, non Invidens tibi, sed æquo animo ferens tuum in-
celo imperium, te minor, id est, se inferiore te gerens, reget terras. 64 Tu
tonabis; nam ex Jovis curru celum quatiende vulgus opinatur toniru fieri.
65 Tu mittes inimica, id est, trista fulmina, parum castris lucis, id est, lucis con-
taminatis & pollutis.

34 Romæ conditorem.
35 Numa Pompilius à Ro-
mulo secundus Romanorum
rex, regnum armis paratum,
religione, iustitia & bonis
moribus stabilitivit.

36 Magnificos & excellen-
tes honores Tarquinii Pri-
isci, non Tarquinii Superbi,
commemoratu certe indigni
proper Lacretia confu-
sationem. 37 Virgarum
fasces, quos securibus alli-
gatos, lictores primum ante
Reges, postea ante Consu-
les ad populi terrorem por-
tabant. 38 Catonis Ut-
icensis, qui violentias manus
sibi intulit, ne vultum ty-
ranni aspiceret, ut inquit
Cicero. 39 Regulum Car-
thaginenses refectis palpe-
bris illigatum in machina
perpetuis vigilis necuerunt.
40 Quidorū clara extitit vir-
tus in repub. administranda. 41 Paulum, vita con-
temptorem, qui animam
profudit ad Cannas, ubi
cum quadraginta & quin-
que Romanorum milibus
est occisus. Vnde Livium.

42 Hannibale. 43 Libens,
ut menor meritum Pauli
in patrem. 44 Fabritium
ter Consulem, de cuius ab-
fluentia, continentia, seve-
ritate, aliisque egregiis ani-
mi dotibus, vnde Plutarch.
& Valer. Maxim. 45 Fa-
britium. 46 Capillis im-

perit. 47 Cui
sunt Samnitibus magnum auri pondus sibi afferentibus dicit, Se malle aurum ba-
tentibus imperare quam possidere. 48 Protulit, & produxit. 49 Camillus sexto
mense post Romanam à Gallis captam eos ex Italia expulit. 50 Paupertas aspera &
perpetua difficultis. 51 Fundus a suis majoribus sibi relictus. 52 Cum domo non
sumptuosa, sed que fundum deceat. 53 Occulre, veluti arbor quæ temporis pro-
gressa increvit, hominibus non advertentibus. 54 Marcellus quinques Con-
ful fuerat, tandem vero ab equitatu Hannibalis circumventus est & occisus.

55 Stella crinita, quæ viâ est septem noctes post Cæfarem occisum, & credeba-
tur esse Cæfaris anima in celum subvolans. 56 Inter stellas. 57 Jupiter.
58 Per fatâ, juxta Stoicorum opinionem, qui deos immortales fatis obligari vo-
lunt ad observanda eorum statuta. 59 Ita regnes, ut Cæsar Augustus sit secun-
dus post te, felicet ut tu in celo regnes, Cæsar in terris. 60 Invidians Latio,
14 Atlas mons est in ultimi-
mo Oceani fine, cuius cacumen cerni non potest. 15 Deus alta potest humi-
reddere, humiliaque in altum attollere. 16 Deus obscurat excellentem.

17 Quæ non apparent, aperiens.
potest alii affert Fortuna. I. Deus hic posuisse gaudet. I. in alium opus & ho-
res transfert. Poëta fortunam & Deum pro eodem hic ponere videtur. 19 Co-

strepitu luctuoso.

H O R A T I O

Plerumque 8 per purum tonanteis

9 Egit equos, volucremque 10 currunt

Quo 11 bruta tellus, & vaga flumina,

Quo 12 Styx, &c 13 invisi horrida Tænari

Sedes, 14 Atlanteusque finis

Concutitur. 15 valet ima summis

Mutare, & insignem 16 attenuat Deus,

17 Obscura promens. 18 hinc apicem rapu-

Fortuna cum 19 stridore acuto,

Sustulit: hic posuisse gaudet.

A D F O R T U N A M. Ode XXXV.

Orat Fortunam ut servet Cesarem in Britannos ire meditantem.

1 O fortuna Jovis submis-
tria. 2 Quæ præfides
Antio, urbi in qua templum
tibi consecratum. 3 Po-
tens Se parata hominem de
ima plebe in altum efferre.

4 Mutare in cedes & fune-
ra. 5 Te regat. 6 Omnis
te rogat, qui lacefit, i. qui
navigat & remis impellit
pelagus Carpathium Elthy-
na carina. 7 Gens bellico-
sa juxta Istrum fluvium de-
gens. 8 Scythæ in plaustris
tanquam in domibus habi-
tantes, certam sedem nus-
quam habentes. 9 Solent
matres timere liberis.

10 Reges purpura ornati.
11 Statim imperii ne even-
tas. 12 Neve populus con-
gregatus conciter quietos ad
arma & destruet imperium.

13 Idcirco Necesitas dicti-
tur Fortunam præcede, e-
quod certiora sunt & stabili-
ora que sunt necessaria,
quam quæ fortuito.

14 Trabales sunt clavi ma-
gni, quibus trabes configur-
tur, vel, ut alii volunt, sunt
grandes pali ad instar
clavorum cuspiderum haben-
tes, ad torquendum & cru-
candum noxijs parati.

15 Quibus infertis non solum res finduntur, sed etiam combinantur. 16 Uno
nebanitur antiqui ad maleficorum poenas, sed hic significat hamum ferrenum, qd
facia & camena firmissime inter se devinctiuntur, præfertim plumbo liquido ar-
jetio. 17 Ordo est, te spes albo velata panno, & rara Fides colit. Alludit ad epi-
didaros, qui ueste candida indui quum pererent Magistratum aut dignitatem, spe-
rabant se seruari, fururos.

18 Fides nuda & simplex, vel, que a paucis collu-
rit amicum olim florentem, nunc misérum. 20 Quandoque tu uestis inimica illi-
quis & descris quos antea beaveras, uestis tua mutata aut luciu aut pauperie.

O 1 Diva, gratum quæ rēgis 2 Antium;

3 Præfens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos

4 Vertere funeribus triumphos:
Te pauper 5 ambit sollicita prece

Ruris colonus: te dominam æquoris,
6 Quicunque Bithyna lacefit

Carpathium pelagus carina.

Te 7 Dacus asper, te 8 profugi Scythæ,
Urbesque, gentesque, & Latium ferox,

Regumque 9 matres barbarorum, &
10 Purpurei metuunt tyranni:

Injurioso ne pede proruas (quæsi)

11 Stantem columnam: 12 neu populus fit
Ad arma cessanteis, ad arma

Concitet, imperiumque frangat.

Te semper anteit sava 13 necessitas,

14 Clavos trabaleis, & 15 cuneos manu
Gestans ahena: nec severus

16 Uncus abest, liquidumq; plumbum

17 Te spes, & albo 18 rara fides colit

Velata panno: 19 nec comitem abnegat

20 Ut cunque mutata potenteis
• Veste domos inimicalinquis.

At vulgus infidum, & meretrix ²¹ retro
Perjura cedit: diffagiunt cadis
Cum frēe siccatis amici,
Ferre jugum pariter ²² dolosi.
²³ Serves iturum Cæfarem in ultimos
Orbis Britannos, ²⁴ & juvenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, ²⁵ Oceanoque rubro.
Eheu, ²⁶ cicatricum, & sceleris pudet,
²⁷ Fratrumque. ²⁸ quid nos dura refugimus
Ætas? quid intactum ²⁹ nefasti
Liquimus? unde manus juventus
³⁰ Metu Deorum continuuit? ³¹ quibus
Pepereit aris? ³² ô utinam nova
Incede diffingas retusum in
³³ Massagetas, Arabasque ferrum.

Qui sumus dira ætas, i. homines hujus ætatis sine misericordia? ²⁹ Nefaril.
³⁰ Religione adversus Deos. ³¹ Quæ tempia deorum non violat juventus?
³² O Fortuna, urnam nova incede diffingas, i. de novo fingas & refabrices fer-
rum retusum in bello civili, quod non in cives, ut in prima fabricatione, sed in
hostes Massagetas & Arabes ferriari debeat. Ego certe hanc explicacionem (cum
bona Lambini vénia) neque pinguium esse puto, neque elegans Horatiana in-
dignam, sed cum genuino sensu totius Odæ optime contentire. ³³ Populum
Seythicum ultra mare Caspium.

AD POMPONIUM NUMIDAM. Ode XXXVI.

Gratulatur Numidae amico faustum in patriam redditum.

E Thure, &c ¹ fidibus juvat
Placare, & vituli sanguine ² debito
Custodes Numide ³ Deos:
⁴ Qui nunc ⁵ Hesperia fôspes ab ultima
Caris multa fodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiæ. ⁶ memor
Actæ non alio rege pueritæ,
⁷ Mutataque simul togæ.
⁸ Cresca ne careat pulchra dies nota,
⁹ Neu promptæ modus amphoræ,
¹⁰ Neu morem in Salium sit requies pedū:
¹¹ Neu multi Damalis meri
Bassum Threicia vincat ¹² amyctide:

^{res}, simul & eo-ten tempore prætexta depo-sita, togam virilem sumperferunt.
⁸ Cretensi vel niveo lapillo noteretur hæc dies. ⁹ Neve in bibendo sit mensura,
sed promatur vinum in amphora magna. ¹⁰ Neve cessent saltus & tripludia in
morem Salium. i. ut salant Salii Martis Gradivi fæcides, à Numa Pompilio
primum instituti. Salium est Affectivum quarti casus. ¹¹ Neque Damalis que
multi meri est & mulier bibacissima, Bassum vincat in potando, sed cum Numida
potius contendat bibendo. ¹² Poculo capacissimo, quod sine interspiracione
hæmitum & labris non clausis epotabarunt. Alii dicunt: amyctide hoc loso non po-
culum significare, sed intemperatum inter Thracas bibendi genus, in quo compe-
tatores potum in alvum non fecis atque in dolium infundebant, idque conferim.
& sine respiratione, cui forbillare paulatim est contrarium. Angli appellant
Carousing or drinking of health.

²¹ Retrocedit & diffugit
te mutata & aduersa.

²² Amici dolosi & fraudu-
lenti in ferendo pariter ju-
go cum amicis calamitate af-
fectis, diffagiunt consum-
ptis amicorum divitilis.

²³ O diva gratum que re-
gis Antium, servas iturum
Cæfarem. &c. ²⁴ Et serva
novum exercitum ex juve-
nibus conscriptum, Eois,
i. orientalibus partibus, Me-
diis, Peris, &c. horribilem.

²⁵ Et formidolosum Bri-
tannis, qui incolunt partem
mundi solis occasus propin-
quam, cuius radix Oceanus
quasi rubescit. ²⁶ Pudor
vulnerum in bello civili ac-
ceprorum. ²⁷ Frarrum in-
terfectorum, cui contraria-
rum erant parvum. ²⁸ A
quo scelere refugimus nos,

qui sumus dira ætas? ²⁹ Nefaril.

³⁰ Religione adversus Deos.

³¹ Quæ tempia deorum non violat juventus?

³² O Fortuna, urnam nova incede diffingas, i. de novo fingas & refabrices fer-
rum retusum in bello civili, quod non in cives, ut in prima fabricatione, sed in
hostes Massagetas & Arabes ferriari debeat. Ego certe hanc explicacionem (cum
bona Lambini vénia) neque pinguium esse puto, neque elegans Horatiana in-
dignam, sed cum genuino sensu totius Odæ optime contentire. ³³ Populum

i. Carmine lyrico. ² De-
bito, vel voti vel offici c-u-
fa. ³ Calorem & Pollu-
cem navigationis Prefides,
iratos forsan futuros nisi si-
crificia eis promissa persol-
veret. ⁴ Ordo est. qui nunc
soipes reveritus ab ultima
Hesperia dividit multa oscu-
la charis fodalibus, nulli
tamen plura quam dulci
Lamæ, memor pueritæ
actæ non alio rege, & me-
mor simul mutata togæ.

⁵ Hispania, non ab ea He-
speria, quæ apud hunc po-
tam siepe pro Italia ponit-
tur. ⁶ Menor pueritæ
exactæ sub eodem magistro
& communis doctore.

⁷ Cumque essent ætate pâ-
res, simul & eo-ten tempore prætexta depo-sita, togam virilem sumperferunt.
⁸ Cretensi vel niveo lapillo noteretur hæc dies. ⁹ Neve in bibendo sit mensura,
sed promatur vinum in amphora magna. ¹⁰ Neve cessent saltus & tripludia in
morem Salium. i. ut salant Salii Martis Gradivi fæcides, à Numa Pompilio
primum instituti. Salium est Affectivum quarti casus. ¹¹ Neque Damalis que
multi meri est & mulier bibacissima, Bassum vincat in potando, sed cum Numida
potius contendat bibendo. ¹² Poculo capacissimo, quod sine interspiracione
hæmitum & labris non clausis epotabarunt. Alii dicunt: amyctide hoc loso non po-
culum significare, sed intemperatum inter Thracas bibendi genus, in quo compe-
tatores potum in alvum non fecis atque in dolium infundebant, idque conferim.
& sine respiratione, cui forbillare paulatim est contrarium. Angli appellant

H O R A T I I

Neu desint epulis rose,

Neu ¹³ vivax apium, neu ¹⁴ breve lili-

¹⁵ Omnes in Damalin putres

Deponent oculos : ¹⁶ nec Damalis no-

Divelletur adultero,

Lascivis ederis ¹⁷ ambitiosior.

¹³ Apium dñi virens.

¹⁴ Lillii flos magnus est,
sed durat brevi tempore.

¹⁵ Omnes deligent &
conscient in Damalin suos
oculos putres. I. oculos e-
brios vel libidine fractos.

¹⁶ Non ramen illa divel-
letur à novo amatore Pomponio Numida. ¹⁷ Eum arctius ambiens, quam h-

deræ complectuntur arbores.

A D S O D A L E I S. Ode XXXVII.

*Sodales suos ad Iætitiam hortatur ob Aeliacam
Augusti viatoriam.*

¹ Nunc post Augusti viæto-
riam libere tripudiandum est.
² Dapibus opiparis &
delicatis, cuiusmodi Salii
Martiæ sacerdotes uti con-
fuerunt. ³ Leotulos &
pulvinos, quibus dñi impo-
nebantur. ⁴ Tempus est.

⁵ Ante hac nefas erat è cel-
lis avitis depromere vinum
Cæcubum. Id est, vinum ge-
nerosum. Cæcubum dictum
à Cæcubis Campanie popu-
lis apud quos nascitur, sed
nunc devicto Antonio cum
Cleopatra, hoc erat illud
tempus, in quo decebat epul-
lari. ⁶ Cellæ avitæ anno-
tant viñi vetustatem, in qua
laus summa est. ⁷ Interea
dum demens Cleopatra mihi-
nam & eversionem urbi &
Rœpub. Ro. mcliretur.

⁸ Exiitum. ⁹ Cum grege
Eunuchorum turpi morto
laborantium, quos Cleopatra
tra cubicularios habebat.

¹⁰ In eo impotens, quod
se continere non poterat,
quoniam ea speraret que spe-
randa non erant. ¹¹ Re-
bus secundis elata, & ob hoc
improvida, ut solent esse
ebrii. ¹² Sed ejus in spe-
rando infantiam compressa
vix una navis superflua in
qua fugit Cleopatra.

¹³ Mentre furiösam vino,
quod apud Mareotidem in
Ægypto paludem nascitur,
vel, mentem fanaticam Ma-
reoticæ regni, i. regni Ægyptiaci opulentia dementaram. ¹⁴ In timo-
mentem ejus graviter concutientes. ¹⁵ Celeriter fugientem. ¹⁶ Ora-
est, Cæsar reiis adurgens. ¹⁷ celeri na-igatione Cleopatram persequens (v.
Int. accipitur, &c.) ut illam in vincula conjiceret quasi monstrum fatigatum
referarum. ¹⁸ Nec more mulierum extimuit ensem, nec celeri naviglio in abstruse
Ægypti latibras se consultit, ubi laritarer. ¹⁹ Regnum suum desperans
& dejectum. ²⁰ Et fortis, i. impavida ad apponendos suo corpori fa-
penes. ²¹ Ideo atrum, quia veneno interempti pierumque nigrescunt &
inflantur.

N Unc est bibendum, ¹ nunc pede liberto
Pulsanda tellus : nunc ² Salaribus
Ornare ³ pulvinar Deorum

⁴ Tempus erat dapibus, sodales.

⁵ Ante hac nefas depromere Cæcubum.

⁶ Cellæ avitæ, ⁷ dum Capitolio
Regina dementeis ruinas,

⁸ Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege ⁹ turpium
Morbo virorum : ¹⁰ quidlibet impotens

Sperare, fortunaque dulci

¹¹ Ebria. ¹² sed minuit furorem
Vix una sospes navis ab ignibus :

Mente inque ¹³ lymphatam Mareotico

Redegit ¹⁴ in veros timores

Cæfar, ab Italia ¹⁵ volantem

¹⁶ Remis adurgens: accipiter velut
Molleis columbas, aut leporem citus.

Venator in campis nivalis

¹⁷ Æmonia: daret ut catenis

Fatale monstrum. quæ generosius

Perire quicrens, ¹⁸ nec muliebriter

Expavit ensem, nec latenteis

Classe cita reparavit oras.

Ausa & ¹⁹ jacentem visere regiam

Vultu sereno fortis, ²⁰ & asperas

Tractare serpenteis, ut ²¹ atrum

Corpore combiberet venenum,

¹⁴ In timo-

¹⁵ Celeriter fugientem. ¹⁶ Ora-

est, Cæsar reiis adurgens. ¹⁷ celeri na-avigatione Cleopatram persequens (v.
Int. accipitur, &c.) ut illam in vincula conjiceret quasi monstrum fatigatum
referarum. ¹⁸ Nec more mulierum extimuit ensem, nec celeri naviglio in abstruse
Ægypti latibras se consultit, ubi laritarer. ¹⁹ Regnum suum desperans
& dejectum. ²⁰ Et fortis, i. impavida ad apponendos suo corpori fa-

penes. ²¹ Ideo atrum, quia veneno interempti pierumque nigrescunt &
inflantur.

- ²² Deliberata morte ferocior;
²³ Sevis Liburnis, scilicet invidens,
²⁴ Privata deduci superbo
 Non humilis mulier triumpho.

²² Propter deliberata & præmeditata mortem promptior effecta & ferocior, quam prius fuerat.
²³ Scil. invidens; id est, nolens ad triumphum Cæsaris Roman deduci sevis

Liburnis, id est, in hostilibus navibus Liburnorum, quorum auxilio parta fuerat Augusto victoria. ²⁴ Invidens etiam quod tanquam privata (non amplius regina) duceretur in superbo Cæsaris triumpho, existens mulier non ignobilis, sed summo loco nata.

A D P U E R U M . Ode XXXVIII.

Non esse opus sibi magno apparatu.

- ¹ P erficos odi, puer, apparatus:
² Displacent nexæ ² philyra coronæ:
³ Mitte lectari, rosa quo locorum
⁴ Sera ⁵ moretur.
 Simplici myrto nihil allabores
⁶ Sedulus euro, neque te ministrum
 Dedeget ⁷ myrtus, neque me sub arcta
 Vite bibentem.

¹ Odii regales & sumptuosæ delicias. scil. odores, unguenta, coronas operofas, quibus uti solebant Peris in convivis. ² Tenuissima tiliæ membrana qua flores floribus annexebantur.

³ Omitte studiis querere quo in loco succreicunt rose tardius enascentes, ex quibus fiunt coronæ.

⁴ Rosa serotina que elapsa Maneat & ultra ceteras resas daret. ⁵ Maneat & ultra ceteras resas daret. ⁶ Sedulo cura ut nihil laboriose addas ad convivium condecorandum proter myrtum. ⁷ Myrtus Venera g. a iusta & ad discutendum vini vaporum uillissima, non faciet te minoris esse gratiae, neque me, sub spissa & umbrosa vite bibentem.

suo tempore non nisi in ratis locis inveniuntur. ⁵ Maneat & ultra ceteras resas daret. ⁶ Sedulo cura ut nihil laboriose addas ad convivium condecorandum proter myrtum. ⁷ Myrtus Venera g. a iusta & ad discutendum vini vaporum uillissima, non faciet te minoris esse gratiae, neque me, sub spissa & umbrosa vite bibentem.

Q U I N T I H O R A T I I F L A C C I

O D A R U M S E U C A R M I N U M

L I B E R II.

A D C. A S I N I U M P O L L I O N E M . Ode I.

*Eum monet ut suas de bellis civilibus Tragodias tantisper
 intermittat, dum res civiles ordinariit.*

- ¹ M otum ex Metello consule civicum,
² Bellique ² causas, & ³ vitia, & ⁴ modos,
 Ludumque Fortunæ, ⁵ graveisque
 Principum amicitias, ⁶ & arma
 Nondum expiatis uncta cruxibus,
 Periculose plenum opus ⁷ aleæ
 Trætas, & incendis per igneis
 Suppositos ⁸ cineri doloso.

¹ Tu Pollio trætas motum civilem ex Metello, id est, ex eo tempore quo Metellus fuit consul. &c. periculose plenum opus aleæ, &c. Intermitte hanc scriptiōnem, &c. Et sine Musam tragicam paullisper defiderari in theatris. ² Dominandi cupiditatē. ³ Arrogantiam, Avaritiam, Ambitionem. Pompejus enim

non ferebat parem, nec Cæsar superiorem. ⁴ Modos, quibus Fortuna iusir in his contencionibus, nunc adversa, nunc prospera. ⁵ Amicitias noxias & infidas. ⁶ Et arma fanguine civil oblitera, nondum lota, nec aliqua expiatione pura effecta. ⁷ Opus plenum fortunæ, quæ, ut alearum lufus, dubium habebit eventum, tibi que periculose, quod multorum vitia quum notaveris, in eo non paucis displi-
 cabis. ⁸ Cineri, qui regit ignes subiectos.

H O R A T I I

⁹ Paulisper intermitat tua
Musā tragœdias scribere,
easque scēne committere.

¹⁰ Postquam belli civilis
histoiam (que res publicas
continet) soluta oratione
conscriptis. ¹¹ Tragœdie scriptōnem, que
grandia continet, revocabis.

¹² Athenenſi cothurno
(quo tragœdi in theatris
calceabantur) sic diēto à Cœ
croe Athenarum rege, qui
primus scripsit tragœdias.

¹³ O Pollio, qui reis in
fignis et patronus, &c curia,
i. sénatur in statuendo de
rep. das confitum, id à te
expetenti. ¹⁴ Victoria, que
laurum meruit.

¹⁵ Salonam Dalmatiae ci
vitarem vicerat Pollio, de
qua egerat triumphum.

¹⁶ Tam graphicē exprimis
res gestas o Pollio, ut jam
michi videar non audire, sed
interēs pœnitis que narras.

¹⁷ Matmure mortem mi
nitante. ¹⁸ Percutis vel
obtundis aures. ¹⁹ Pulve
re glorioſo folidos, qui
fortiſe pugnantes pro pa
tria libertate ceciderunt.

²⁰ Et omnes terrarum par
tes imperio Rom. à Cæſare
subjugatas, præter invictum
animus Catonis. ²¹ Qui
faveat Numidis in bello
Jugurthino. ²² Ab Afri
ca difcesserat haud potens
fuum odium expiere.

²³ Romanorum poſteros
super caſos in Africa ma
ctavit, tanquam viſtimas Ju
gurtha manibus immolan
dis. ²⁴ Quis campus fa
etus pinguior Romanorum fanguine &c ſepuleris non teſtatur impia pœnia, ²⁵
quibus civem civis trucidavit? quā diceret: Omnis campus est pinguior Roma
norū fanguine. ²⁶ Auditum ab extremitate orbis habitatoribus pro ſtrage na
valis. ²⁷ Que aquarum congeries: Eſt lamentatio
belli navalis. ²⁸ Italorum cedes Daunia dicta a Dauno rege Aouille, que pars
est Italie. ²⁹ Poëratum tragicum laudat, ipſe pene tragicus factus est: revo
ca igitur ſuam Muſam à Iuſtu & lamentis ad res amoenas & amarorū carmina
lyrico aptiores. Ordo & ſententia horum verborum hec eſt: ſed tu o proga
(i. perulans) Muſa ne iterum tristes lugubre carmen primo inventum à Simoniſe
Poëta in Insula Cea nato, i. eis (i. rebus laſcivis) relietiſ: quære mecum modi
(i. verius faciliori ſtylo) ſub antro Dionaeo (i. ſub antro venereo) in quo re
leves & veneres ſunt canende. ³⁰ Nenia, carmen eſt lugubre, quod cum
lamentatione extremitate arque ultimum defunctis canitur. ³¹ Plectrum Latine
πλῆτω, percuſio.

⁹ Paulum ſeveræ Muſa tragœdias

Deſit theatris: mox, ¹⁰ ubi publicas

Res ordinariſ, ¹¹ grande munus

¹² Cecropio repeteſ cothurno,

¹³ Inſigne mœſtiſ präfidium reis,
Et conſulenti Pollio curie:

Cui ¹⁴ laurus aternos honores

¹⁵ Dalmatico peperit triumpho.

¹⁶ Jam nunc ¹⁷ minaci murmure cornu

¹⁸ Perſtringis auſtes: jam lituiſ ſtrepuſt:
Jam fulgor armorum fugaces

Terret equos, equitumque vultus.

Audire magnos jam videor duces

¹⁹ Non indecoro pulvere folidos:

²⁰ Et cuncta terrarum ſubaeta,

Præter atrocem animum Catonis.

Juno, & Deorum quiſquis ²¹ amicior

Afris, ²² inulta cefſerat impotens

Tellure: ²³ victorum nepotes

Rettulit inferias Jugurthæ.

²⁴ Quis non Latino ſanguine pinguior

Campus ſepulchris impia proelia

Teſtatur, ²⁵ auditumque Medis

²⁶ Hesperis ſonitum ruine?

²⁷ Qui gurges? aut que flumina lugubris

Ignara belli? quod mare ²⁸ Daunia

Non decoloravere cædes?

Quæ caret ora cruore noſtro?

²⁹ Sed ne relictis Muſa procax jocis

Cæſe retractes munera ³⁰ naniæ:

Mecum Dionaeo ſub antro

Quære modos leviore ³¹ plectro.

A D C R I S P U M S A L L U S T I U M . Ode II.

Avaritiam vituperat, & liberalitatem extollit.

N Ullus argento color est, avaris
Abditæ terris inimice lamenæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu.
Vivet ² extento Proculejus ævo,
³ Notus in fratres animi paterni:
⁴ Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.
⁵ Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Libyam ⁶ remotis
Gadibus jungas, ⁷ & uterque Pœnus
Serviat ⁸ uni.
⁹ Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
¹⁰ Fugerit venis, ¹¹ & aquosus albo.
Corpore languor.
¹² Redditum Cyri folio ¹³ Phraaten,
Diffidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus, ¹⁴ populumque falsis
Dedocet uti
Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum,
Quisquis ingenteis oculo irretorto
Speciat acervos.

¹ Ordo est: b Crispe Sal-
lusti inimice lamenæ (i. la-
menæ) ab avaris in terris
abditæ & defossæ, nullus
est color vel splendor ar-
gento (i. argentum nihil
haber pulchritudinis) cuius
nullus est usus moderarus.

² Ævo produsto ad postfe-
ros, i. Proculejus viver in
æternum. ³ Nobilitatus
propter animum paternum
in filios fratres, qui hostes
publici post Cæfaris vi-
toriam judicari, omne patri-
monium amiserant. ⁴ Fa-
ma perennis Proculejo su-
perveniens, extroliet eum
penna, cuius nulla unquam
dissolutio fatura est, signi-
ficatur æternitas, qua ne-
que perit neque perire me-
tuit. ⁵ Latius possis re-
gnare, si animum ruigi à cu-
piditaribus refranes, quam
si orbem universum possi-
des. ⁶ Gadibus disjunctis
& procul sitis ab ipsa Li-
bya, Gades oppidum est Hi-
spania à Pœni conditum.

⁷ Tam Carthago que est
in Africa, quam illa Cartha-
go que est in Hispania Spar-
tica dicitur. ⁸ Tibi uni.

⁹ Hydropicus dum bilben-
di desiderio obsequitur, morbum suum auget. ¹⁰ Fugiens è venis, i. ex hepate
infirmito. ¹¹ Et nisi fugerit ex pallido & pigro corpore ipse hydrops, qui
aquam inducendo facit languorem in corpore. ¹² Ordo est. virtus diffidens
plebi (i. virtus à plebe discrepans) eximit numero beatorum (i. beatum non re-
putar) Phraaten redditum folio Cyri (i. in Cyri fedem restitutum) & virtus
dedocet (i. virtus fecis docet) populum uti falsis vocibus, deferens uni (i. foli
sapienti) regnum & tutum diadema, & deferens propriam laurum (i. gloriam
speciem & perpetuum) ei qui speciat ingentes acervos (i. qui intueri potest
pecuniae cumulos) oculo irretorto (i. oculo continentis) qui ad aspectum pecu-
niae non magis movetur quam lapis. ¹³ Perfarum regem, Cyri filium.

¹⁴ Populus inter beatos, reges, ut omnes alios divites, numerat.

A D Q . D E L I U M . Ode III.

Æ Quam memento rebus in arduis
Servare mente: non secus in bonis
² Ab insolenti temperatam
Laetitia, ³ moriture Deli.
⁴ Seu mœstus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis,
⁵ Interiore nota Falerni.

optimo & vetustissimo, quale erat Falernum in Inferiore parte cellæ vinariae
reconditum. Confalum nominibus vini cassis inscriptis ad tempus & vini præ-
stantiam significandum.

¹ Mentem æquabilem, non
fria tam in rebus adversis.

² A gestiente & profusa
hilaritate temperatam in
rebus secundis. ³ O Deli, qui
moriturus es, five mortuus
vixeris, five hilaris.

⁴ Seu te recumbentem ad
bibendum feceris beatum in
gramine remoto, i. in loco
herboſo, à frequentia ho-
minum remoto. ⁵ Vino

6 In quo gramine. 7 Populus arbor , cuius frondes internæ sunt albæ.

8 Amanter conficiant suos ramos ad umbram faciendam , quæ velut hospitium epulantibus. 9 Trepide fluere &c cum murmure.

10 Ad hunc locum.

11 Rose cito deflorescen-
tia. *Quam longa una dies,*
etas tam longa rosarum est.
Virg. 12 Dum res familiariæ & ætas juvenilis patiuntur, & dum Parce etiam patiuntur, quarum fila dicuntur atra , quod omnibus mortem minentur.

13 Discedes ab omnibus divitilis , & à villa etiam quam Tiberis præterfuit.

14 Vide Ode 2. lib. 1.

15 Et divitiæ coacervatis portietur heres , fortasse ingratius . 16 Argivorum rege. 17 An vivas sine domo & sub celo nudo habiles.

18 Existens vicitima Plutoni maestanda , id est , qui es morturus. 19 Orci , quem nullius miseret. 20 Omnes ad mortem compellimur. 21 Ordo est , omnium exitura serius vel ocyus , & nos impositura cymbæ in æternum exilium versatur in urna. 22 In una fatali , in quam conjiciuntur omnium fortes viri mortisque. 23 Sive tardius five celarius moriendum est. 24 Navi Charonique animas per Acherontem fluvium traducit.

HORATII

6 Qua pinus ingens , albaque 7 populus
Umbram hospitalem confociare 8 amant
Ramis , & obliquo laborat

Lympha fugax 9 trepidare rivo.

10 Huc vina , & unguenta , & nimium 11 be-
Flores amoena ferre jube roseæ : (v)

12 Dum res , & ætas , & sororum
Fila trium patiuntur atra.

13 Cedès coëmptis saltibus , & domo ,
Villaque , 14 flavus quam Tiberis lavit ,
Cedes : 15 & extructis in altum
Divitiis potietur haeres.

Divesne prisca natus ab 16 Inacho ,
Nil interest , an pauper , & infima
De gente 17 sub dio moreris ,

18 Vicitima nil miserantis 19 Orci.

20 Omnes cōdem cogimur : 21 omnium
Versatur 22 urna , 23 serius , ocyus .
Sors exitura , & nos in æternum

Exilium impositura 24 cymbæ.

AD XANTHIAM PHOCEUM. Ode IV.

*Quod ancillam amet non esse cur eum pudeat : multis
enim magnis viris idem usu venisse.*

1 Ut non pudeat te amare
ancillam Phyllidem.

2 Achille ante non amare
solitum. 3 Ex Lyrne-
fo capta ; ergo færa , jure
belli. 4 Colore candido.
5 sua pulchritudine.

5 Non Ajacem , qui fuit
Oilei filius. 6 Pulchritu-
do Tecmessa , quæ ex Ajace
filium peperit Euricalem.

7 Agamenon Atrei filius
in media victoria vehemen-
ter amat Cæstendram.

8 Cæstandra Priami filia è
tempio Palladis rapta à
Grecis. 9 Phrygiæ turmae ,
qua Phryges propriæ bar-
bari dicebantur. 10 Achille ,
qui fuit ex Larissa urbe
Theßaliæ.

11 Et post-
quam Hector morte perem-
pus ab Achille , tradidit
Grecis decennali bello fec-
fis Pergama leviora tolli , i. faciliora ut tollerentur &c everterentur.

12 Incep-
tum est an pulchra Phyllis (quamvis captiva) sit summo loco nata.
nobiles & divites. 14 Dolet certe fætam regis parentibus ortam penates
bere fibi inimicos , adeo ut Jana captiva sit & præ paupertate suo flemmati
spondere nequeat.

1 N E sit ancillæ tibi amor pudori ,
Xanthia Phoceu : 2 prius insolentes

3 Serva Briseis 4 niveo colore
Movit Achillem.

Movit Ajacem 5 Telamone natum

6 Forma captivæ dominum Tecmestæ ,
Arfit 7 Atreides medio in triumpho

8 Virgine rapta :

9 Barbare poliquam cecidere turme

10 Theßalo viatore , 11 & ademptus Heß
Tradidit feffis leviora tolli
Pergama Grajis.

12 Nescias , an te generum 13 beati
Phyllidis flavæ decorent parentes.

14 Regium certe genus , & penateis
Mœret iniquos.

Crede non illam tibi ¹⁵ de scelestā
Plebe delectam , ¹⁶ neque sic fidelem ,
Sic lucro adversam potuisse nasci
Matre pudenda.

Brachia , & vultum , ¹⁷ teretesque suras
¹⁸ Integer laudo . ¹⁹ fuge suspicari ,
Cujus octavum ²⁰ trepidavit ætas
Claudere lustrum .

Indo , quippe quadragenarius sum , 1. langidior ad res veneras quam adolescens
annos virginis natus . ²⁰ Cujus ætas properavit finire octavum lustrum , i. quin-
quennium octavum , scil . 40 annos .

I N L A L A G E N . Ode V.

Revocandam esse mentem à cupiditate virginis immatura.

¹ Nondum subacta ferre jugum valeti
² Cervice: ³ nondum munia comparis
Æquare , nec ⁴ tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus .
Circa videnteis est animus tuæ
Campos ⁵ juvencæ : nunc in udo
⁶ Solantis ælbum , nunc in udo
Ludere cum vitulis faliçto
⁷ Præfertientis . ⁸ tolle cupidinem
Immitis ⁹ uva: jam tibi lividos
¹⁰ Distinguet Autumnus racemos .
Purpureo varius colore .
¹¹ Jam te sequetur . ¹² currit enim ferox
Ætas : ¹³ & illi , quos tibi demserit ,
Apponet annos . ¹⁴ jam proterva
Fronte petet Lalage maritum
¹⁵ Dilecta , quantum non Pholoë ¹⁶ fugax ,
Non Chloris : ¹⁷ albo sic humero nitens ,
Ut pura nocturno renidet
Luna mari , ¹⁸ Cnidiuſive Gyges :
¹⁹ Quem si puellarum infereres choro ,
Mire flagaceis falleret hospites
Discrimen obscurum , solutis
Crinibus , ambiguoque vultu .

I. illa maturescet , tu vero senesces . ¹⁴ Jam tua Lalage re maritum petet fronte
Invercunda . I. non pudebit eam maritum petere . ¹⁵ Dilecta à quoconque qui
eam viderit , magis quam Pholoë & Chloris foemine pulcherrime . ¹⁶ Viros
fugiens , ut inde plus amerit . ¹⁷ Lalage sic splendens humeris albis , quemad-
modum luna pulsa , id est , luna nullis nebulis obducta resplendet in mari tempore
nocturno . ¹⁸ Puer formosissimus , Cnidius dictus ex Cnido Insula Veneri di-
cata . ¹⁹ Quem Gygen si inter puellas prostitueris , discrimen obscurum , id est ,
parva differentia falleret peregrinos , quantumvis acutos & perpicaces : nam
ignoraretur ille ab hospitibus qui eum aspiciant , quia crinibus longis uitur
& intonis , faciemque habet tam venustam & politam , ut ambigu posse sit ne
puer an puella .

¹⁵ Impura & abjecta plebe
esse natam . ¹⁶ Neque cre-
de mulierem tam fidelem &
à lucro abhorrentem potuisse
nasci à matre erubescen-
da , i. à matre que propter
vitæ turpitudinem suis libe-
ris est pudori . ¹⁷ Tibias
longas & rotundas .

¹⁸ Cattus laudo . ¹⁹ Noli
suspicari me Phyllidi anno-
re esse captum . quod eam

¹ Lalage nondum est ad
concubitum matura . Meta-
phora est perpetua , ducta à
juventa que nondum sublit
jugum , nec taurum irruen-
tem ferre queat . ² Cervi-
ce subacta , i. supposita vel
domita . ³ Nondum officia
conjugalia valet exæquare
cum uno pari i. marito .

⁴ Pondus viri robusti ad
concubitum prompti .

⁵ Tua pueræ . ⁶ Refri-
gerantis æstum . ⁷ Vehe-
menter cupientis ludere non
cum tauris morofis , sed cum
vitulis iætis in udo faliçto ,
I. loco faliçibus confiro .

⁸ Est alia allegoria duæ
ab uva immatura . ⁹ Pueræ
in puberis . I. ad concubitum
propter teneriorem æ-
tatem inepta . ¹⁰ Au-
tumnus tibi fructus maturos
depingeret , id est , tempus
subsequens illam tibi virgi-
nem maturabit . ¹¹ Puer-
æ que propter ætatem im-
maturam te nunc refugit ,
propediem matura te ulro
petet . ¹² Non tarda est
ætas , cito pede labitur .

¹³ Et ætas , i. tempus ad-
jicit rure Lalagi florentes
annos , quos tibi derradit .

¹⁴ Lalage re maritum petet fronte
Invercunda . ¹⁵ Dilecta à quoconque qui
eam viderit , magis quam Pholoë & Chloris foemine pulcherrime . ¹⁶ Viros
fugiens , ut inde plus amerit . ¹⁷ Lalage sic splendens humeris albis , quemad-
modum luna pulsa , id est , luna nullis nebulis obducta resplendet in mari tempore
nocturno . ¹⁸ Puer formosissimus , Cnidius dictus ex Cnido Insula Veneri di-
cata . ¹⁹ Quem Gygen si inter puellas prostitueris , discrimen obscurum , id est ,
parva differentia falleret peregrinos , quantumvis acutos & perpicaces : nam
ignoraretur ille ab hospitibus qui eum aspiciant , quia crinibus longis uitur
& intonis , faciemque habet tam venustam & politam , ut ambigu posse sit ne
puer an puella .

AD SEPTIMIUM. Ode VI.

Tiburtina & Tarentinae regionis amoenitatem laudat.

¹ Qui si opus est, mecum
aditus es Gades ultimam
Hispanie insulam. ² Po-
pulum Hispanie ferocissi-
mum, qui nondum didicit
Romano imperio obedire.

³ Syrtes inchoptales. Vi-
de Ode XXI. lib. I. ⁴ Ubi
unda Africana veluti fer-
vens exundat. ⁵ Tibur
conditum à Tiburno colo-
no Argivo. ⁶ Utinam Tibur
fir finis mihi, naviga-
tionibus, itineribus, &c mi-
litia defatigato. ⁷ A quo
Tibure si Parce, I. tres fo-
rores lanifica (Erebi &
Noctis filiae) me prohibent.

⁸ Adibo Galefum Cala-
bris fluvium juxta Taren-
tum, ubi oves alii peilibus
praterquam suis sunt coo-
petere propter excellentem
Iane bonitatem, ne sua vel-
lera inquinentur ad tinctu-
ra documentum. ⁹ Adi-
bo Tarentum, in quo regnauit
Phalantus Lacedaemonius,
quo duce Lacones
Apollinis oraculo Taren-
tum considerunt. ¹⁰ Ar-
rider, placet. ¹¹ Ubi mel-
la non dant locum, I. ubi
mella non sunt de exteriora
melle suavissimo quod col-

ligunt apes in Hymetto Attice monte, thymo allisque herbis odoriferis abor-
dante. ¹² Et ubi oliva propter bonitatem contendit cum oliva que oritur
Venafro, oppido in Campanie littore sita. ¹³ Acer. ¹⁴ Aulon mons
Tarento vicinus, ferox, fertilis uvis, cuius uva non invader, I. non cedit nec
est deterior uvis Falernis. ¹⁵ Ille locus, ubi huc omnia sunt. ¹⁶ Beatae
I. fertiles montes. ¹⁷ Ibi tu mihi mortuo iusta perfolves, favillam calen-
ti. cineres meos lacrymis conspergens. ¹⁸ Lacryma debita propter nostram
cittiam. ¹⁹ Tui Horatii.

AD POMPEIUM VARUM. Ode VII.

Huic redditum è militia gratulatur.

¹ Ordo est, ⁶ Pompei pri-
me meorum sodalium siepe
deducte mecum in ultimum
tempus (I. qui saepe mecum
deductus fui) à Bruto in
periculum mortis) quis re-
donavit te Quiritem dñs pa-
tris Italoque celo? I. quis
te patria electum irerum fe-
cit civem Romanum?

² Italique regni. ³ Prin-
ceps vel amicissime meorum
sodalium. ⁴ Diem longum aestivum.
Se poculis ponere. Vide Od. I. lib. I.
Malobathro, quod est unguentum Syrium pretiosissimum, factum ex folio in Indi-
cis paludibus nascente sine radice.

¹ Optimus ² Gades aditure mecum, &
² Cantabrum indoctum juga ferre nos-
³ Barbaras Syreteis, ⁴ ubi Maura semper
Æstuat unda:
Tibur Argeo ⁵ positum colono
Sit meæ sedes utinam senecte,
⁶ Sit modus lasso maris, & viarum,
Militiæque.

⁷ Unde si Parce prohibent iniquæ,
Dulce ⁸ pellitis ovibus Galei
Flumen, ⁹ & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ¹⁰ ridet: ubi non ¹¹ Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
¹² Bacca Venafro:

Ver ubi longum, tepidasque præbet

¹³ Jupiter brumas, & amicus ¹⁴ Aulon
Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.

¹⁵ Ille te mecum locus, & ¹⁶ beatæ
Postulant arces: ¹⁷ ubi tu calentem
¹⁸ Debita sparges lachryma favillam
¹⁹ Vatis amici.

¹ Sæpe mecum tempus in ultimum
Deducte Bruto militia duce,
Quis te redonavit Quiritem
Dñs patriis, ² Italoque cœlo,
Pompei, meorum ³ prime sodalium?
Cum quo ⁴ morantem saepe diem mero
⁵ Fregi, ⁶ coronatus nítenteis
Malobathro Syrio capillos.

Tecum' 7 Philippos, & celerem fugam
Senfi, relicta' 9 non bene parmula :
Cum frācta virtus, 10 & minaces
11 Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hosteis Mercurius celer
12 Denso paventem sustulit aere :
Te rufus in bellum 13 reforbens
Unda fretis tulit 14 aestuosis.
Ergo 15 obligatam redde Iovi dapem :
Longaque fessum militia 16 latus
Depone 17 sub lauru mea : nec
Parce cadis tibi 18 destinatis.
19 Oblivioso levia Massico
Ciboria exple, funde capacibus
Unguenta de 20 conchis. quis udo
21 Deproperare apio coronas,
Caravte myrto ? quem 22 Venus arbitrum
23 Dicet bibendi ? non ego fanius
Bacchabor 24 Edonis : 25 recepto
Dulce mihi 26 furere est amico.

Campania implera, quod vinum liberius eorum oblivionem malorum afferat, vel
per te vel propter sonnum subiequentem. 20 Testis in quibus unguenta serva-
bantur. 21 Celeriter necere, & ex Apio & Myrro concinnare coronas in con-
vivis afficiunt. 22 Venereus talorum vel tessellarum jaetus regem bibendi con-
vivique magistrum efficiebat, quem iactum alii putarunt esse numerum terrena-
rum, alii, quem omnes tali jaeti cadebant diffinilliter, vultuque diverso appare-
bant. 23 Dabit. 24 Thracie populo bibacissimo. 25 Amico prater spem
pilii reddito. 26 Furenter potare.

I N B A R I N E N . Ode VIII.

*Non esse cur ei juranti credatur : formosarum enim per-
juria à diis non vindicari.*

Ulla si 1 juris tibi pejerati
Poena, Barine, nocuisset unquam :
2 Dente si nigro fieres, vel uno
Turpior ungui,
3 Crederem, sed tu 4 simul obligasti
Perfidum votis caput, enitescis
Pulchrior multo : juvenumque prodis
5 Publica cura.
6 Expedit matris cineres operatos
Fallere, 7 & toto tacitura noctis
Signa cum caelo, gelidaque divos
8 Morte carenteis.
9 Ridet hoc, inquam, Venus ipsa, ridet
10 Simplices Nymphæ, ferus & Cupidon
Semper ardenteis acuens sagittas
11 Cote cruenta.

Iacundæ, Veneris comites, nimirum, Jocus, Risus, Fletus.
ex amore orientes, vel, quod immoderatus amor exitium amantis matureret.

7 Ubi Cassius & Brutus
sunt vieti. 8 Vidi & ex-
pertus sum. 9 Indecore,
quia fugi clypeo abjecto.

10 Quidam Cassius & Bru-
tus, vel eorum milites, de
virtute sua gloriantes, tur-
piter ceciderunt. 11 Ter-
ram cruento foedatam cum
suis mensis tetigere.

12 Nube, qua densior est
aer. 13 Retrahens. Me-
taoh. ducta à Charybdi, qua
significat Pompejum cum
impetu mentis & furore cor-
reptum ad Bruti partes esse
reversum. 14 Per freta æ-
stuosa. 1. bella ferventia.

15 Promissum ac debitum
reddre epulum. 16 Corpus.

17 Sub meo patrocinio :
nam laurus est incolumitas
& cuiusdx symbolum.

18 Vasis vinalis ad tuum
reditum referat.

19 Implic ad summum &
ebibe ciboria laevia (i. ex-
polita pocula capaciora)

Massico obliviose. 1. vino

Campania implera, quod vinum liberius eorum oblivionem malorum afferat, vel
per te vel propter sonnum subiequentem. 20 Testis in quibus unguenta serva-
bantur. 21 Celeriter necere, & ex Apio & Myrro concinnare coronas in con-
vivis afficiunt. 22 Venereus talorum vel tessellarum jaetus regem bibendi con-
vivique magistrum efficiebat, quem iactum alii putarunt esse numerum terrena-
rum, alii, quem omnes tali jaeti cadebant diffinilliter, vultuque diverso appare-
bant. 23 Dabit. 24 Thracie populo bibacissimo. 25 Amico prater spem
pilii reddito. 26 Furenter potare.

1 Jurisjurandi abs te vio-
lenti. i. perjurii. 2 Si mini-
ma parte corporis fieres de-
formior. 3 Crederem tibi
juranti, vel crederem deos
esse vindices perjurii in re-
bus amatoris. 4 Simulac-
ri. postquam per caput tuum
jurauit. 5 In publicum pro-
dis à multis iuvenibus unice
amata. 6 Urile est tibi &c
alli (si peruria non punian-
tur) matri mortuæ promis-
sa non perfolvet. 7 Et
omnem mundi maiestatem
fallere, scil. sydera, que
sunt signa nocte silenti.

8 Deos immortales a3a-
vates. 9 Hoc deridet Ve-
nus. Periuria ridet aman-
tum Jupiter & ventos irri-
ta ferre iubet. Tibullus.

10 Nymphæ faciles, non
guine sagittarum quo in Ha cote acuntrur, vel cruenta dicitur eos, propte: cades

Adde.

12. Juventus perjuril tui
& dolli meretricii ignara.

13. Amatores accedunt no-
vi, qui tibi serviant. 14. Nec
veteres amatores domum
tuam relinquent, quamvis
id siepe minentur, proper-
tum perjurium.

15. Matres filii suis Ju-
venibus metuant, ne à te
corrumpantur. 16. Senes
etiam te metuant, ne dilapi-
detur patrimonium liberi suis relictum.

Sæpe minati.

Te suis matres metuant 15 juvencis,

16 Te senes parci, misereque nuper
Virgines nuptæ: tua ne retardet,

17 Aura maritos.

17 Ne tui odores, venustas & 18
dilecta maritos suis ab se se alienent, in que tuo amore occupatos detineant.

A D V A L G I U M. Ode IX.

Ut Myrrha pueri mortem aliquando tandem stire definat.

1. Imbris è nubibus non
semper manant in agros a-
speros & fenticosos. 2. non
est semper hyems. 3. Mare
in Scythia. 3. Procellæ
tempstuofæ, quæ mare redi-
dunt inæquale. 4. Semper.
5. Armenia regio est in Af-
fia, inter montes Taurum &
Caucatum sita. 6. Glacies,
que fluvios & agros efficit
pigros arque otiosos.

7. Quercus alte in Garga-
no Apollie monte, non sem-
per ventis agitantur. 8. Nec
follii semper nudantur or-
ni. 1. fraxini sylvestres.

9. Tu astiduus insequeris
Myrten mortuum carminib-
us Elegiacis ad Actum pro-
vocantibus. 10. Nec mane,
nec vespel Myrtil amor re-
deserit. Est Vesper stella
Veneris, que Solem occi-
densem subsequens dicitur
Vesper, orientom vero ante-
grediens nuncupatur He-
sperus vel Lucifer. 11. Nestor
(qui tertiam ætatem homi-
num vivebat. I. trecentos anni)
non semper ploravit Ant-
tiochum filium suum, ex
Euridice, casum in prælio ab
Hectori. 12. Imberbem Troi-
lium P. Iani filium. 13. Aut
Troili forores, Polixena,
Cassandra, &c. 14. Define à
nitrus post Verbum finiendi.
ris signa. 16. Et canteamus

1. Non semper imbris nubibus hispida
Manant in agros, aut 2. mare Caspia
Vexant 3. inæquales procellæ

4. Usque: nec 5. Armeniis in oris
Amice Valgi, stat glacies 6. iners
Menseis per omneis: aut Aquilonibus

7. Querceta Gargani laborant,
8. Et foliis viduantur orni.

9. Tu semper urges flebilibus modis
Myrten ademptum: 10. nec tibi Vesper
Surgente decadunt amores,

Nec rapidum fugiente Solem.
At non 11. ter ævo funetus amabilem

Ploravit omneis Antilochum fenex

Annos: nec 12. impubem parentes
Troilon, 13. aut Phrygæ forores

Flevere semper. 14. define mollium
Tandem querelarum, & potius nova

Cantemus Augusti 15. trophæa
Cæfaris, 16. & rigidum Niphaten,

17. Medumque flumen gentibus additum
Viæsis, minores volvere vortices.

18. Intraque præscriptum Gelonus
Exquis equitare campis.

muliæbris quærellis. Græcorum more ponitur
15. Cæfaris viætorias, furi enim trophae viæ
Nipharen, qui vel frigidus est Scythæ flui-
vel mons est Armeniæ, nive horridus & inaccesus. 17. Et canteamus Me-
diæ flumen adjunctum gentibus, nimirum Armeniis, Parthis, & aliis. a Cæfare
etis. Cantemus (inquam) hos fluvios, quia minores aquarum globos jam volvut
nam sentientes se cum Armeniis & Medis esse debellaros, angustius fluunt
pter acceptæ cladis dolore. 18. Et canteamus Gelonus Scythæ Europæ
pulos intra exiguos terminos ab Augusto præscriptos equitare. I. non excurreat
vagari, ubi libuisset.

A D L I C I N I U M . Ode X.

*Servandam esse mediocritatem, & animi in utraque
fortuna equabilitatem.*

1 Eftius vives, Licini, 2 neque altum
3 Semper urgendo: neq; dum procellas
4 Cautus horrefcis, nimium premendo
5 Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem.
Diligit, tutus caret 6 obfoleti
Sordibus tefti, caret 7 invidenda
Sobrius aula.
Sepius ventis agitatur ingens
Pinus: & celfæ graviore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
Fulmina monteis.
8 Sperat infestis, metuit ſecundis
Alteram fortem bene preeparatum
Pectus, 10 informeis hyemes reducit
Jupiter: idem
11 Summovet, non, ſi male nunc, & 12 olim
Sicerit. 13 quondam cithara tacentem
Suscitat Muſam: neque ſemper arcum
Tendit Apollo.
14 Rebus anguftis animofus, atque
Fortis appare: ſapienter 15 idem
16 Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

animoque plenus, in ſecundis humillis eſto Sc animum
16 Supprime vela vento nimium proſpero inflata.

A D Q. H I R P I N U M . Ode XI.

Jucunde vivendum eſſe omiſſis curiis.

Quid bellicosus 2 Cantaber, & 3 Scythes,
Hirpine Quineti, cogitet, Adria
4 Divifus objecio, remittas
Querere: 5 nec trepides in uſum
Pofcentis tevi pauca. 6 fugit retro
Levis juventas, & decor, 7 arida
Pellente laſcivos amores
Canicie, facilemque ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt 8 honos
Vernis: neque uno Luna rubens nitet
Vultu, quid aeternis 9 minorem
Confiliis animum fatigas?

2 Igente & ſomnum facilem, i. ſomnum gravem & longum. nam ſomnus ſenibus
dimicilis eſt & brevis, propter caloris deficitum & morborum moleſtiam. 8 Pul-
tirudo. 9 Inferiorem, quam ut futura Dei confilia comprehendat.

1 Facillus, commodilus.
2 Eſt allegoria, qua fignificat, neque ſublimia nimis
appetenda, neque quod ad
infima & ſordida, metus
gratia, ſic debemus defen-
dere, ut nulla habeatur di-
gnitaris ratio. 3 Semper
occupando profundum ma-
re. i. in alto mari ſemper
navigando. 4 Cautus re-
formidas. 5 Littus flexuoſum, vel, littus nautis pro-
per vada & faxa periculoſum.
6 Domicilli pauper-
tate ſquillidi. 7 Caret aula
ſumptuosa, que propter
magnificentiam cadit in in-
vidiam. 8 De alto ruunt.
9 Pectus bene preepara-
rum, id eſt, animus bene
inſtitutus, in rebus adverſis
fortunam bonam ſperat, in
ſecundis metuit alteram for-
tem, id eſt, fortunam ma-
lam. 10 Hyemes affidulis
Imbris terram deforman-
tes. 11 Idem abducit,
12 Poſthac. Non ſemper
eadem manet fortuna.
13 Apollo non eſt ſemper
iratus, ſed quondam. Id eſt,
interdum citram ad can-
randum provocat. 14 In
rebus diſcillibus fortis eſto

1 Ordo eſt. 6 Q. Hirpine,
remittas querere, quid co-
giret bellicosus Cantaber,
ſe quid cogiter Scythes di-
vifus objecio Adria.
2 Populus Hispanie, vnde
fuora Ode v. 1. 3 Gens
Orientalis. vnde Ode xxxv.
lib. 1. 4 Scythes ſequuntur
a nobis mari Adriatici in-
terfitione. Adria in maſe
genere ponitur pro mari
Adriatico. 5 Nec ſis anxius
propter uſum vite, que
pauca poſcit, quia vita bre-
vis eſt. 6 Imberbis Juven-
tus randem ſeneſcet.
7 Sicca ſenectute Venerem

8 Pul-
tirudo. 9 Inferiorem, quam ut futura Dei confilia comprehendat.

10 Cur-

10 Ordo est. cur non potamus uncti, dum licet jacentes sic temere, i. in umbra jacentes, sine ulla ceremoniis, ut casus ruerit, nulla habita personarum ratione? 11 Habentes capillos odoratos rosa, & rosa succo, vel ipsa rosa interne-
xos. 12 Unguento nardino est nardus herba in unguentis componendis laudatissima. Affyria pro Syria, non quod in Syria nardus naclitur, sed quod montis, in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur, unde dicta est Nardus Indica, Diosc.lib. 1. 13 Bacchus.

In convilio, dicens, quis servus refrigerabit pocula ardantis vini. Falerni prae-

reunte lympha. I. quis refrigerabit pocula, aqua fluviatilis diluta, ne in ebrietate incidatur?

15 Quis evocabit e domo sua Lyden, meretrice non publica?

Sed secerius cognitam? quae cum sit devia, i. a via publica femora, minus et

garis, minuque omnium libidinum exposita. 16 Ego cum Cruquio locum hunc

ordinandum intelligendumque censco: o puer age, dic Lyden ut matureret ver-

atum, more Lacanæ. I. pexum tantum & negligenter compositum, more mulierum

Laconice.

AD MÆCENATEM. Ode XII.

Non convenire res graveis Lyrico carmini.

1 Ne velis, ne jubeas, quem est te nolle. 2 Numantium, post bellum
18 annos inter Romanos & Carthaginenses gestum, Scipio Aficanus funditus delevit. 3 Analbalem laborum patientem, alli legunt atrum, i. crudelem. 4 Duilius Consul in mari Siculo primus omnium Carthaginenses prælio navall superavit, capris navibus 31, meritis 13. tribus horum innum milibus cœfis, capitis 7000.

5 A me decantari Lyrici carminibus. 6 Lapitha: ab Hercule in nuptiis Pirithoi devictos. 7 Unum è Centauris merito nullum, i. ex nimio merito poro superbum & intolerabilem. 8 Gigantes, terra filios, Herculis subiudio superatos, qui solum diles indixerant. 9 Unde, Id est, à quibus corum tumultu periculum. 10 Historis scriptis prosa oratione, qua confat numeris & pedibus, sed non certa lege strictis. 11 Regum, quos Cesar subjugaverat in triumphum duces. 12 Aeneas tuus & dominus, alii legunt Licinianus. 13 Lycide fulg. oc. 14 Pectus valde gesticulari. 15 Quam non dedecuit saltare. 16 Nec facetis dictis certare, vel jocu quum inter illas saltaret. 17 Quam non dedecuit brachia manusque dare pulchris virginis Dianæ celebris die.

H O R A T I I

10 Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu jacentes sic temere, & rosa

Canos 11 odorati capillos,

Dum licet, 12 Affyriaque nardo,

Potamus uncti? dissipat 13 Evius

Curas edaceis. 14 quis puer ocyus

Restinguet ardentis Falerni

Pocula prætereunte lympha?

15 Quis devium scortum elicit dome

Lyden? 16 eburna dic age cum lyra

Maturet, incomtum Lacanæ

More comam religata nodum.

14 Loquitur Poëta quasi Janus

In convilio, dicens, quis servus refrigerabit pocula ardantis vini. Falerni præ-

reunte lympha. I. quis refrigerabit pocula, aqua fluviatilis diluta, ne in ebrietate incidatur?

15 Quis evocabit e domo sua Lyden, meretrice non publica?

Sed secerius cognitam? quae cum sit devia, i. a via publica femora, minus et

garis, minuque omnium libidinum exposita. 16 Ego cum Cruquio locum hunc

ordinandum intelligendumque censco: o puer age, dic Lyden ut matureret ver-

atum, more Lacanæ. I. pexum tantum & negligenter compositum, more mulierum

Laconice.

1 Nolis longa feræ bella? Numantia

Nec 3 durum Annibalem, nec 4 Sic

Pœno purpureum sanguine mollibus (n

5 Aptari citharae modis:

Nec saevos 6 Lapithas, & nimium mero

7 Hylæum, domitosque Herculea manus

8 Telluris juvenes, 9 unde periculum

Fulgens contremuit domus

Saturni veteris. tuque 10 pedestribus

Dices historiis prælia Cœsaris

Mæcenas melius, ductaque per vias

11 Regum colla minantium.

Me dulces domine Musa 12 Lici-

Cantus, me voluit dicere 13 lucidum

Fulgentis oculos, & 14 bene mutuis

Fidum pectus amoribus:

15 Quam nec ferre pedem dedecuit cho-

16 Nec certare joco: nec dare brachia

17 Ludentem nitidis virginibus, 18 sacra

Dianæ celebris die.

19 Num tu, quæ tenuit dives 20 Achæmenes

Cœtu & dominu. alii legunt Licinianus. 13 Lycide fulg. oc. 14 Pectus valde

gesticulari. 15 Quam non dedecuit saltare. 16 Nec facetis dictis certare, vel jocu

quum inter illas saltaret. 17 Quam non dedecuit brachia manusque dare pulchris virginis

Mygdonias opes pinguis Phrygiae aut plenias Arabum domos, id est domos omni-

rum copia referatas? 20 Persarum rex.

²¹ Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes
Permutare velis crine Liciniæ?
²² Plenas aut Arabum domos?
Dum * fragrantia ²³ detorquet ad oscula
Cervicem: ²⁴ aut facili fœvitia negat,
Quæ poscente magis gaudeat eripi.
²⁵ Interdum rapere occupet?

debet fibi eripi, quam ille (nempe amans) qui oscula
osculum rapere antevertat atque prior osculerur, ut irascenti amatori fatifaciat.
Album meretricium!

O D E X I I I .

In arborem, cuius casu in agro Sabino pene oppressus est.

Ille & nefasto te posuit die,
Quicunque primum, & sacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi.
Illum & parentis ³ crediderim fui,
Fregisse cervicem, & ⁴ penetralia
Sparsisse nocturno cruento
Hospitis. ille venena ⁵ Colchica,
Et quicquid usquam concipitur nefas,
Tractavit, agro qui statuit meo
Te triste lignum, te ⁶ caducum
In domini caput immerentis.
Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est ⁷ in horas. navita ⁸ Bosporum
Pœnus perhorrescit: ⁹ neque ultra
Cœca timet aliunde fata:
¹⁰ Miles sagittas, & celerem fuga
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur. sed improvisa leti
¹¹ Vis rapuit, rapietque genteis.
Quam pene ¹² furvæ regna Proserpinæ,
Et judicantem vidimus ¹⁴ Æacum,
¹⁵ Sedeisque discretas piorum, &
¹⁶ Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus:
¹⁷ Et te sonantem plenius aureo,
¹⁸ Alcæ, plectro dura navis,
Dura ¹⁹ fuge mala, dura belli.

quibus umbras beatorum placide quiescunt. ¹⁶ Et Sappho Grajis chordis murmu-
rantem. Scriptit Sappho Æolice, que de puellis Lesbis quereratur, quod sibi in
amore non responderent: nam mortuo suo marito multas puellas & pueros amavit:
unde à Poëta dicitur Mascula. ¹⁷ Et quam pene vidimus te, ¹⁸ Alcæ, lyra
canentem dura mala navigationis, fuge & bellum aureo plectro, id est, excellenti
stilo, quo tyrannos es infectarus. ¹⁸ Fuit Alcæus Poëta lyricus in eloquendo
brevi & magnificus, plurimumque Homero familius. ¹⁹ Exilli, vel,
fuge è prælio.

²¹ Aut fertilis Phrygiae
opes, dictas Mygdonias à
Mygdone Phrygia rege.

²² Domos opulentas pro-
pter aromata. Senfus Poëta
hic est: tu non potes regum
opes pluris facere quam Ly-
cymnia amorem. ²³ Alli fla-
grantia. ²⁴ Avertit cervi-
cem. ²⁵ Aut fœcta fœvitia
negat oscula, que magis gau-

debet fibi eripi. ²⁵ Que interdum
osculum rapere antevertat atque prior osculerur, ut irascenti amatori fatifaciat.

¹ O arbos, ille te plantas-
vit Infatuo die. ² Pro-
genuit in posterorum perni-
ciem, & rotus vici igno-
miniam. ³ Credere pos-
sum. ⁴ Partem interiorem
domus. ⁵ Venena pre-
sentissima. Colchis est Scy-
thiæ regio venenorum &
mullerum veneficarum fe-
racissima. ⁶ Te lignum
ruinofum, quod in caput
meum nil malum eritum inci-
disti. ⁷ Per singulas ho-
ras. ⁸ Bosphorus ponitur
pro quolibet mari, & Pœ-
nus pro quovis nauta. Bos-
phorus est Ponti fretum,
propter angustias valde pe-
nicipofum. ⁹ Neque aliunde
menuit Improvisâ fara,
Id est, neque sibi metuit
ab alio exitio quam à Bos-
phoro. ¹⁰ Miles Rom. ti-
met sagittas & celerem fu-
gam Parthi, qui fugiens
pugnat. Vide Od. xix.
lib. i. ¹¹ Sed violentia &
mortis necessitas rapit u-
numqueque, nunc hoc,
nunc illud timetem.

¹² Quam parvo interstitio
ab inferis abful. Id est, à
morte. ¹³ Nigræ Proser-
pinæ, que Plutonis uxor
est, inferni regina, vide
Ode XXVIII. lib. i.

¹⁴ Parrem Achillis. Infe-
rorum Janitorem & Judi-
cem. ¹⁵ Campos Elytios, in

Exilli, vel,

²⁰ Utrum-

²⁰ Alcæum & Sapphoem
mirantur umbræ, quum res
canant religiosissimo silen-
tio dignas. ²¹ Ordo est.
sed vulgus densum humeris
bibit aure pugnas & exactos
tyrannos, id est, turba um-
brarum frequens & conserua-
trientius audit pugnas &
tyrannorum exactiones,
quam res amatoria.

²² Quando ad audiendum
Illa carmina Cerberus Orci
